

Vigilimus. Translata Cathedrali, Palatium Episcopi amittit omne privilegium quod antea habebat, ut cap. 29. infr. de domibus seu Palatiis Episcoporum, notavimus; ex text. in c. Translato, de consuet. juncto Mario Itala de immu. Eccles. lib. 1. c. 4. §. 9. n. 6. & 7. atque ita Dignitas, vel Ecclesia translata non retinet sua privilegia: Card. Tusc. lit. D. conclus. 432.

117 Verum hac quae diximus de Translatione, intelligenda sunt de his rebus quae transmissibilia sunt; quare in eis solum procedunt: nam sicut mortuo Episcopo, Jurisdicatio, & bona non transferuntur in Capitulum, quia illa solum transmissibilia est, bona vero successoribus conservantur: c. Quia sepe, de elect. in 6. Clem. statutum, eod. titul. Cardin. Tusc. lit. c. d. conc. 361. num. 8. ita & eodem modo in nostro casu intelligendum est: ubi num. seq. limitat, nisi specialiter a Papa contrarium declaratur.

118 Quando autem Translatio effectuat dicatur? Dic, post perfectam Gratiam: ita tamen quod si in forma gratiosa concessa fuerit, & Ecclesia translata consensum praestiterit, ad die Gratiae omnia jura in aliam, juxta supra dicta transferantur: ex text. in cap. In apibus, 41. §. In quibus casibus, 7. quest. 1. quia in effectu Translatio est quadam renunciatio; ut pluribus citatis resoluit Gratian. discip. 296. num. 16. si vero consensus subsequatur gratiam, ad die praestitum intelligitur effectuat, jura tamen ad die gratiae post effectuationem translata judicantur: cap. Curia, cap. Suggestum, de iure patron. Gratian. supra num. 17. Atque ex hac ratione quotiescumque Executor excedit facultatem, exspoliatus retinet omnia jura, & conservat possessionem: & eodem modo si male ex alia causa procedat: ut pluribus resoluit Rota post tract. Possib. de manu. decis. 226. numer. 1. cum seqq. si tamen illa quae allegantur, altiorum requirant indaginem, veluti nullitatis exceptio, tamquam petitiorum respectiva manutentionem non impediunt: Posthius de manu. observ. 62. numer. 6. & post tract. decis. 226. num. 8. Ita neque admittitur exceptio invaliditatis provisionis: Rota recent. dec. 341. numer. 4. part. 3. Posthius d. num. 8.

125 Quibus positis, Primo quaeritur, an Translatio Ecclesiae ex falsa causa in parte obtenta, possit valere? In qua breviter dicendum est respiciendum esse tenorem Gratiae; ita ut si ex eo colligatur mentem Pontificis concedentis esse tamquam de materia individua, vitietur tota Gratia: si de dividua, contra. Exemplum est in gratia Penfionis, cum clausula, dummodo dimidiam partem fructuum non excedat, quae quia mens Pontificis fuit dividere fructus in parte, quae non excedit, sustinetur: Mantica decis. 153. per totam, sed de hac materia vide Fatnac. in recent. decis. 733. num. fin.

127 Secundo quaeritur, an justa causa praesistente, incolae Civitatis Partes sint legitime ad petendam Translationem Ecclesiae? & affirmative respondendum est: ut declaravit Rota in Oxomen. translationis, 29. Maij 1595. coram

128 Mantica dec. 333. per totam, sufficit enim docere de interesse appaerent, licet non patenter, ut quis ad causam admittatur; eadem Rota num. 2. De querela autem Populi non in omnibus casibus ratio est habenda pro Translatione, cum Populus sepe contra commoda propria laborat: ut observat Tondut. de Sanleg. in quest. & resol. benef. c. 47. n. 5. par. 1.

130 Tertio dubitatur, an periculo stante ratione morae, possit Executor procedere abbreviatis terminis Juris, vel non praesentatis litteris: In quo credo verius esse non licere: quia cum illud quod ignoratur pertineat ad fundamentum Gratiae, percutit fundamentum Jurisdictionis; & cum Jurisdicatio pendeat à facultate rescripti, eo non praesentato non potest habere Jurisdictionem; secus autem esset in accidentalibus: de quo est optima decisio in noviss. diversor. part. 1. 25. per totam, praecipue numer. 4.

131 Quarto dubitatur, Episcopus possit absque Sedis Apostolicae decreto cum consensu Capituli de loco ad locum iura existente causa suam Cathedrali mutare; Possit fieri probant text. in cap. Et temporis, 16. q. 1. c. Mutationes, 7.

q. 1. Gambar. de offic. Legat. lib. 2. num. 168. cum Episcopo ex causa liceat uni Ecclesiae auferre, & alteri dare, dummodo enorme non fuerit praedictum: Roman. con. 369. ol. 7. vers. Tertio videmus: Ferrer. conf. 249. num. 14. Communem dicens Gambar. de offic. Legat. lib. 6. num. 83. Verum contraria sententia omnino est tenenda, quandoquidem ex communi Doctorum sententia, quam in principio huius Capituli juncto e. 3. supra quis Cathedralis Ecclesias erigere possit, & alibi sepe notavimus, Cathedralium mutationes sicut erectiones sunt de reservatis Romano Pontifici: & idem probant Jura supra prox. adducta: text. enim in d. c. Et temporis, loquitur de Unione auctoritate Sedis Apostolicae facta: ergo pro nostra facit opinione: text. vero in c. Mutationes, praeterquam quod de Translatione Episcopi loquitur, simul equit Sedis Apostolicae licentiam & approbationem requirit: & ita hanc sententiam tenent Menoc. consil. 75. numer. 46. quem sequitur Barbof. in Pastor. part. 3. allegat. 50. num. 5. & in collect. ad Conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 7. num. 3. Quare difficultas solum potest consistere, quando Ecclesia in eadem Civitate de loco ad locum mutatur; quo casu injuria non fit Civitati: & hoc tantum intelligendum est posse Episcopum, cum proprie mutatio non dicatur.

Plura etiam hincinde disputari poterant, quae quia communia sunt materiae praecedentium Capitulum, ideo ea libenter omittimus, & Lector ad ea remittimus. Unum tamen notari volumus, hanc Translationem non esse Unionem, & quod ligna & caetera tigna Ecclesiae translatae, si profanetur vel destruat, non sunt in profanos usus convertenda, est textus in cap. Ligna Ecclesiae, de Consecrat. distin. 1. c. Ex antiquis 54. cap. Quae semel, 19. quest. 3. & de Jure Hispano adest text. in l. 8. tit. 20. p. 1. de qua materia vide plures, quos sequitur Salgado de protel. Reg. part. 3. c. 5. num. 50.

At supposita Translatione, casu quo fiat ad locum, ubi non adest Ecclesia competens, & nova edificatione indigeat, quomodo, & cujus expensis edificanda sit? vide quae dicemus infr. cap. 12. de Templo Ecclesiae Cathedralis edificando, ubi quaestionem hanc petraetabimus: ad cujus resolutionem, plura etiam tam in dist. capitulo, quam in sequenti, de reparatione Ecclesiarum Cathedralium invenies.

C A P U T VIII.

De Unione Ecclesiarum Cathedralium.

S V M M A R I U M.

Unions definitiones varia, 1.  
 Unio, Annexio, Incorporatio, Suppressio, Extinctio, & Applicatio, in idem recidunt, 2.  
 Fructus possunt uniri remanente beneficio, 3.  
 Unire Cathedralis solus potest Papa, 4.  
 Legatus an possit unire Cathedralium Dignitates, 5.  
 Episcopus stante necessitate unire potest Dignitates & prebendas Cathedralis, 6. 11.  
 Inferiores Papa an possint prescribere ius uniendo, 7.  
 Tenor privilegij attendendus in Unione, 8.  
 Unio Cathedrali facta non valet nisi Papa confirmet, 9.  
 Etiam si Episcopus habeat facultatem uniendo, 10.  
 Episcopo quando non liceat unire prebendas suae Cathedralis, 12.  
 Episcopus an possit unire Canoniciatus, stante tenuitate, 13.  
 Unio tendit ad cultus divini augmentum: Suppressio, econtra, 14.  
 Unionum varia species, 15. & seqq.  
 Unio subiectiva quae, ibid.  
 Ecclesia unita amittit sua privilegia, & eius nomen deletur, 16.  
 Unio aequae principalis quae, 17.

In ea,

In ea, unaquaeque Ecclesia conservat sua privilegia; & omnia communicantur, 18. 20.  
 Quando contrit ad Unio aequae principalis, 19.  
 Quomodo alio nomine vocatur, ibid.  
 Unio duarum Cathedralium proprie erectio quando dicitur, 20.  
 Unio perpetua quae fit, 21.  
 Concessa ad beneplacitum Papae eius morte expirat, 22.  
 Quando praesumitur perpetua, 23.  
 Unio quoad spiritualia quae fit, 24.  
 Unio quoad spiritualia usitata in Cathedralibus, 25.  
 Non est proprie Unio, sed Communicatio & Confraternitas, 26.  
 Unio administrationis quae fit, 27.  
 Causa requiritur in Unione, 28.  
 Sed non in Cathedralibus; & quare, 29.  
 Papa non solet unire absque causa, ibid.  
 Causa unionis Cathedralis eadem est erectionis, 30.  
 Ea quae iustificat Unionem, iustificat etiam Dismembrationem, 31.  
 Causa Unionis, necessitas, vel utilitas, 32.  
 Evidens esse debet, 33.  
 Necessitas argens, utilitas evidens debet, 34.  
 In unione utilitas requiritur, & quando adesse dicitur, 35.  
 Necessitas & utilitas arbitrio Iudicis in Unione relinquuntur, ibid.  
 Necessitas in Unione in quo consistat, 36.  
 Dismembratio ratione pestis, bellorum, inundationis, vel incendij, est causa Unionis, 37.  
 Vicinitas, vel populi decrementum, incommodum Religionis deformitas, & mutatio temporum, sunt causa Unionis, 38.  
 Decrementum ex quavis causa proveniens, est causa Unionis, 39.  
 Unio fit ob commodiorem gubernationem, 40.  
 Mantua quare Cremonae unita? ibid.  
 Utilitas Unionis in quo consistat, 41.  
 Tenuitas fructuum quomodo probari debeat pro Unione, 42.  
 Propter debita Ecclesiae, & onera intolerabilia fit Unio, 43.  
 Pietas quando fit causa Unionis, 44.  
 Propter indecentiam loci fit Unio, 45.  
 Paupertas causa Unionis, 46. 48.  
 Nimia multitudo beneficiorum est causa suppressionis, 47.  
 Desolatio Civitatis est causa Unionis, 48.  
 Causae quomodo concurrere debent in Unione, 49.  
 Evidens utilitas necessitati comparatur, 50.  
 Fines Unionis, alius communis, alius particularis, 51.  
 Utilitas qualis debeat esse in Unione, 52.  
 Gratia Unionis, quando non est ambitiosa, magis concernit Iustitiam, quam Gratiam, 53. & 54.  
 Causae necessariae Unionis quae sint, 55. & seqq.  
 Verba Unionis quomodo interpretanda, 56.  
 Causa quando debeat verificari, 57.  
 Causa Unionis iudicis arbitrio relinquuntur, 58. & 59.  
 Causa Unionis falsa existente, Unio annullatur, 59.  
 Effectus Unionis, 60. & pluribus seqq.  
 Unionis accessorie effectus, ibid.  
 Unio accessoria est extinctio tituli, 61.  
 Abolet titulum beneficii uniti, 62.  
 Non tollitur Pensio pro Unione, nec ius Tertii, 63.  
 De beneficio unito non fit mentio in impetratione in Unione accessoria, secus in aequae principalis, 64.  
 Capta possessione principalis, censetur capta in Unio accessorie, 65.  
 Unio accessoria non inducit incompatibilitatem, nec de ipsa est facienda mentio, 66.  
 Beneficium unitum non potest permutari, & quando secus, 67.  
 Si uniat Parochialis Canoniciatus, ubi residendum, 68.  
 Papa conferens aucte effectuationem, quando deroget unioni, 69.  
 Publicatio resignationis non est facienda de beneficio accessorie unito, 70.

Non potest impetrari per se beneficium unitum, 71.  
 Beneficium amittit beneficii nomen per unionem accessoriam, & efficitur praedium, 72.  
 Non vacat beneficium accessorie unitum, 73.  
 Resignatio facta de beneficio unito quomodo valeat? 74.  
 Et quando suspendatur unionis effectus, ibid.  
 Regula de Jure quae non tollendo, an derogandum sit in conferendo beneficio Unio, 75.  
 Privilegium Ecclesiae principalis competet Ecclesiae unitae, 76.  
 79.  
 Filia sortitur privilegia matris, 77.  
 Privilegia communicantur ratione Unionis, 78.  
 Unio reducit unita ad unum: & quando secus, 79. & seqq.  
 Privilegia quae conservantur in unione, 80. & seqq.  
 Ecclesiae diversarum Diocesum unita, cui subiciantur, 81.  
 Per Unionem non derogatur iuri Episcopi, 82.  
 Secus in Unione accessoria, 83.  
 Unita Ecclesiae Regulari ad saecularem, quae privilegia retinet, 84.  
 Unita Ecclesiae accessorie fit praedium alterius cui unitur, 85.  
 Non habetur amplius ratio uniti beneficii accessorie post perfectam & consummatam unionem, ibid.  
 Unum beneficium accessorie, non vacat per mortem illud obtinentis, 86.  
 Unio debet esse valida, 87.  
 Declarata nullitate unionis, vacat beneficium, 88.  
 Quid si existat in statu validitatis, 89.  
 Unio valida existente, non intrat Regula reservatoria, 90.  
 Unio facta beneficio reservato, reservatum fit unitum, 91.  
 Secus in unione aequae principalis, 92.  
 Unita accessorie Parochiali ad Dignitatem, sufficit habere etatem requisitam ad obtinendam Dignitatem, 93.  
 Non debet fieri Concursus ad impetrandam Parochialem unitam Dignitati, 94.  
 Nec tenetur promovere prouisus ad sacros Ordines intra annum, 95.  
 Illegitimus potest obtinere beneficium unitum, quod non capiebat dispensatio seclusa Unione, 96.  
 Item Episcopus potest dispensare ut Parochialem unitam beneficium simpliciter accessorie illegitimus obtineat, ibid.  
 Dispensatio hoc casu extenditur, ut non qualificato possit conferri beneficium unitum, 97.  
 Beneficium Curam habens habitum non dicitur Curatum, 98.  
 An retineat sua privilegia, ibid.  
 De Cura habituali non est facienda mentio in impetratione, 99.  
 Unita accessorie beneficia legibus principalis gubernanda, si unio fuerit extinctio tituli, 100.  
 Clerici Ecclesiae unite, coram Episcopo alterius comparere tenentur, & omnia iura ei solvere, 101.  
 Donec non fuerit prouisum, quibus legibus gubernanda unita, 102.  
 Negotia unita, in Ecclesia principali tractanda, 103.  
 Lis de beneficio accessorie unito non facit litigiosum, 104.  
 Episcopus principalis Ecclesiae, est Episcopus Ecclesiae unite, 105.  
 Dicitur Rector unite, & Cura quomodo penes ipsum remaneat, 106.  
 Dignitas prima accessorie unita alteri Ecclesiae Primatum amittit, 107.  
 Unio accessorie beneficia unius Diocesis alteri alterius, per Episcopum principalis prouisio fieri debet; secus si aequae principaliter, 108.  
 Prelatus superioris, fit Prelatus utriusque, 109.  
 Unita accessorie ad Ecclesiam Iurisdictionis, eandem naturam assumunt, 110.  
 Ecclesia principalis omnia onera subire tenetur, 111.  
 Omnes fructus ad eam spectant, 112.  
 Unio facta accessorie omnia transeunt ad principalem, 113.

Eiusdem



per cessum, vel decessum obtinentis, apprehensa illius possessione, 468.  
 Non requiritur quod ex possessione fructus percipiantur, 469.  
 Nec requiritur quod possessio sit pacifica, 470.  
 Secus autem procedit in Dismembratione: & quare, 471.  
 Unio extintiva tituli censetur facta in diminutionem cultus divini, 472.  
 Dismembrationes non cadunt sub Regulam Revocatoriam unionum, 473.  
 Regula revocatoria Unionum non capit factas ex causa necessaria, 474.  
 Unio sortitur effectum si habeat Clausulam, ex nunc prout extunc, 475.  
 Gratia concessa de beneficio vacaturo cum Clausula, ex nunc prout extunc, non expirat morte concedentis, 476.  
 Stylus modernus Clausulae, ex nunc prout extunc, in Unionibus, ibid.  
 Si Clausula, ex nunc prout extunc, addatur, cedente vel decedente, non suspenditur Unio: & quando secus, 477.  
 Suspendio non respicit substantiam unionis, sed illius executionem, 478.  
 Unio sortita effectum in uno beneficio, quo casu se extendat ad alia, & contra, 479.  
 Unio sortitur effectum post sententiam Executoris, 480.  
 Unio dissolvitur ab eo qui potestatem habet uniendo, 481.  
 Cessante causa Unionis, ipsa dissolvitur, 482.  
 Revocatio unionis operatur, ut remaneat Ecclesia in statu antiquo, ac si facta non fuisset, 483.  
 Uniones Cathedralium solus Papa dissolvere potest, 484.  
 Coram ordinario tractari potest de dissolutione Unionis Cathedralium, ibid.  
 Dissolutio Unionis fieri debet cum concludenti probatione, 485.  
 Unio dissolvitur ex causis contrariis ex quibus concessa fuit, 486. & seqq.  
 Fallit in unione Cathedralium, 487.  
 Regula revocatoria Unionum non habet locum in ea que partim sortita est effectum, licet non in totam, 488.  
 Unio quando dicitur effectiva, ut non habeat locum Regula revocatoria Unionum, 489.  
 Gratia Papae non sufficit in unione si effectiva non fuerit, 490. & 491.  
 Erecta Cathedrali per unionem beneficiorum, si respectu aliquorum iam uno habuerit effectum, & Pontifex interim decesserit, an in omnibus valeat, 492.  
 Ad capiendam possessionem unionis novum requiritur mandatum, & speciale, post mandatum Executoris: & quare, 493.  
 Unio in duabus Cathedralibus, Episcopus sponsus utriusque dicitur tamquam unius, 494.  
 Ecclesia Cathedralis quando aliam unitam possit prescribere, 495.  
 Unia Ecclesia an transferantur Capella, 496.  
 Unus Episcopus an possit prescribi duabus Ecclesiis, 497.  
 Papa an possit in eo casu dispensare, ibid.  
 Dispensatus absque causa an sit tutus in foro interno, ibidem.  
 Episcopus duarum Civitatum unitarum, ubi sepeliri debeat, 498.  
 Unio duabus Ecclesiis, & suppressione facta, an ex vacantibus utriusque intelligenda sit Gratia, 499.  
 Unio quo pacto per Resignationem suspendatur, 500.  
 Si unio facta sit quotiescumque vacare contigerit, non vacat per cessum in favorem, 501.  
 Unio effectiva quomodo probetur, 502.  
 Suspendio unionis ex quibus fiat, ibid.  
 Privilegium concessum uni Ecclesia, duabus unitis competit, 503.  
 An existente infra causa possit fieri unio invito Patrono, 504. & seqq.  
 Ecclesia Collegiata nova, & Parochia potest erigi, ob difficultatem adveniendi, 505.

Negligente inferiore in electione, Superior potest facere quod alias non licebat in praesidium Tertij, 507.  
 Episcopus invidiosus non est audiendus, ibid.  
 Episcopus invito populo dato, que damna sequantur, 508.  
 Textus in d. c. felix. 16. q. 1. interpretatur, 509.  
 Ex quo Concilio sit sumptus ille textus, ibid.  
 Tex. in cap. ad audientiam, de Eccles. adif. conciliatur cum tex. in d. can. felix. 510.  
 Irrequisito Rectore fieri non potest quod ipso sine causa contradicente licet, 511.  
 Episcopus non esse dandus, vel Diacones non esse assignandas, nisi accedente consensu eius sub quo erant constituta; quomodo intelligatur, 512.  
 Unionis & unitatis Ecclesia vel Capituli differentia, 513. cum seqq.  
 Unionis & unitatis signa, 514.  
 Unio Ecclesiarum non presumitur, 515.  
 Unio curae Ecclesie Sanctae Mariae Vercellen. ad Ecclesiam Sancti Eusebii, nulla declarata, 516.  
 Episcopus duarum Cathedralium unitarum an teneatur in ambabus possessionem capere, 517. cum seqq.  
 Episcopus, vel Abbas, teneatur possessionem capere in Ecclesia Cathedrali, vel Abbatiali; aliis eis non est parendum, 518.  
 Canonici & Beneficiati teneatur capere possessionem in Sede propria, 519.  
 Possessio capta in una Ecclesia Cathedrali unita, Sedes Vacans expirat: Exemplum in Ecclesia Calagurritana & Calciatena, 520.  
 Possessio Episcopatus debet capi in loco deputato Dignitati Episcopali, 521.  
 Possessio capta Ecclesia, omnium honorum & lurium Ecclesie capta censetur, 522.  
 Imo quasi possessio omnium iurium ad ipsam Dignitatem pertinentium censetur capta, 523.  
 Possessio capitur in fundo, nec oportet singulas glebas fundi pertransire, 524.  
 Possessio totus est in parte minima, 525.  
 Possessio Episcopi operatur quoad totum Episcopatum & Ecclesias illius, 526.  
 Possessio capi debet secundum consuetudinem in una tantum Ecclesia, 527. 529.  
 Possessio non Capitalaris sufficit stante consuetudine, 528.  
 Quomodo probetur talis consuetudo, ibid.  
 Possessionem capere in loco residentiae sufficit stante consuetudine etiam si in alia non capitur, 529.  
 Sarrupiens modicum frumentum ex arervo, quomodo teneatur ad totum, 530.  
 Capta possessio in una si non sufficeret, sequeretur incorvenciens, 531. & seqq.  
 Duo pugnantia in uno subiecto concurrere natura non patitur, 532.  
 Testatus pro parte, & pro parte intestatus, non potest quis decedere, 533.

**V**NIO, que secundum Jurisperitos est duorum vel plurium Beneficiorum sive Ecclesiarum ab habente potestatem annexio, ut voluerunt plures quos sequitur Barbof. de univ. iur. Eccles. lib. 3. cap. 16. num. 1. Garcia de benef. 12. part. cap. 2. numer. 3. Iud. Mosco. de maief. milit. Eccles. lib. 1. par. 3. c. 2. fol. mibi 499. vel melius, est duorum vel plurium Beneficiorum vel Ecclesiarum ab habente potestatem, vel per equalitatem, vel per subjectionem annexio; ut tradit Fusc. de vis. lib. 2. cap. 26. in prin. Cuius definitionis verba explicant Rebuff. in praxi, tit. de unio. in prin. Lancel. Canon. lib. 2. tit. de unio. Proprie, est ex duobus vel pluribus unum facere: c. translato, de Constit. Gonz. ad reg. 8. Cancel. glof. 5. §. 7. num. 56. diversis nominibus appellatur; Nam praeter hoc verbum, Unio, dicitur Annexio, Incorporatio, Suppressio, Extinctio, & Applicatio; quibus omnibus verbis utitur Rom. Pontif. in reg. 12. Cancel. que omnia licet in aliquibus differant, tamen sub verbo Unionis comprehenduntur; ut noarunt Mandosius ibidem, quasi. 1. per totam, Hoyeda de incompatibil. benef.

benef. 2. par. c. 3. num. 3. tom. 1. 5. p. 1. tractat. quos sequitur Gonz. supra n. 154. Gratia. cum pluribus, discept. 845. num. 12. qui omnes docent late sumpto loquendi modo, omnia illa vocabula comprehendere Unionem: quo etiam pacto fructus possunt uniri, remanente beneficio, & ista species potius dicitur Dismembratio, ut advertit Garcia supra numer. 4.  
 Et licet in aliis dubitari possit a quo fieri debeat, tamen cum Unio in praesenti disputatione Ecclesiarum sit Cathedralium, dubitari non licet quod a solo Romano Pontifice fieri debeat, ut late probavimus sup. c. 3. quis Ecclesias Cathedralium vergeri possit, in prin. licet de Dignitatibus Ecclesie ejusdem, an possit eas unire Legatus, dubitetur: de quo vide Perusium de Unionibus c. 4. num. 14. Et an id possit sine consensu Ecclesie? videndum idem in c. 5. nu. 18. quidquid sit de Episcopo, stante necessitate, quem posse unire prebendas suae Cathedralis, docuit idem Perus. cap. 11. n. 2. & 7. Et de eo qui jus uniendo praescripsit; hoc est, an possint inferiores Prelati praescribere jus uniendo? quam quaestione tractat Caccialupus q. 3. n. 24. & 27. & de his videnda sunt que diximus d. c. 3. sup.  
 In hac quaestione certa Regula constitui non potest, quia tenor privilegij inspicendus est: ut observat Caccialupus de Union. q. 4. num. 4. Et de Ecclesiis Cathedralibus uniendo, secundum nostrum institutum, ad solum Rom. Pontificem de iure spectat, ut late probavimus supra c. 3. & ita tenent Duar. lib. 5. cap. 6. Cenedo cum pluribus Collect. 85. ad Decret. num. 1. Lott. de re benef. lib. 1. q. 28. ex n. 112. Barbof. de univ. iur. Eccles. d. lib. 3. c. 16. n. 53. taliter quod contrarium in nullo inferiori potest prescribi, Rebuff. in praxi, tit. de revoc. unio. n. 21. ita ut Dignitatum unio etiam Ecclesie Cathedrali facta ab Ordinario non valeat, nisi Papa confirmet: Practic. Rotae c. de unione, n. 12. vers. unio. Old. con. 262. n. 1. & ideo nec Ordinarius eas uniones potest facere, nec ipsas autoritate: Gonz. glof. 37. n. 5. Penna dec. 1282. ubi Additio n. 2. alias enumerat; & dec. 1379. num. 5. secundum Lugd. Impress. etiam si Ordinarius fuerit Cardinalis & Episcopus habens indultum conferendi Reservata; quia hoc non tribuit facultatem uniendo, sed obstatula removet reservationis tantum quoad provisiones, Penna dist. dec. 1379. n. 8. Licet tamen Episcopo unire Dignitati principaliter, est secundario utilitatem Capituli respiciat: Practic. Rotae c. De Unione, n. 15. vers. fin. Et sic ad utilitatem Ecclesie potest unire, ut innuit Rota d. dec. 1379. n. 5. Non vero licet, quando Capitulum percipit fructus, & de manu ipsius Minister, ad cuius sustentationem facta fuit unio, quo casu utilitas primaria Capituli censetur: Penna d. num. 5. licet Petrus de Perus. trac. de unione, c. 3. num. 3. affirmet in c. Exposuisti, de praeben. posse Episcopum unire Canoniciatibus, absque auctoritate Papae, stante tenuitate prebendarum: de quo dubito in Cathedralibus, propter maximas prohibitiones a nobis hic, & pluribus in locis adductas.  
 Et difficultus quam novae Cathedralis erectio conceditur Unio, cum illa semper tendat ad cultus divini augmentum, Suppressio vero, vel Unio, per quam beneficia supprimuntur, vergit ad diminutionem: c. Cum accessissent, c. Ex parte, de Const. Pet. Greg. de Benef. c. 19. Lott. de re benef. lib. 1. q. 28. n. 78. & seq. Vatis modis fieri Unionem nemo est qui nesciat, ut animadvertunt Glof. in c. Et temporis, 16. q. 1. c. 1. ubi DD. de Sede vacante. Hof. in sum. tit. de Unione, §. quot modis: Rebuff. in Praxi, eod. tit. Azor. Inst. mpr. p. 2. lib. 6. c. 28. q. 2. Garc. dist. cap. 2. Barbof. dist. lib. 3. cap. 16. in prin. Greg. Lopez in lib. 4. tit. 12. part. 1. & DD. communiter.  
 Primum enim modo unitor Ecclesiae alteri tamquam inferiori, ita ut ei submittatur in temporalibus & spiritualibus; & haec quidem appellatur Incorporatio; & Ecclesia quae unitur, sua amittit privilegia, & ejus nomen penitus aboletur: DD. in c. Resolentes, in fin. de stat. Monach. Felinus in c. Translato, num. 6. de Constit. Greg. Lopez ubi supra, Franc. Marcus dec. 1567. n. 2. p. 1. Lott. d. lib. 1. q. 28. n. 96. & de hoc modo unionis late videndum Gonzal. dist. glof. 5. §. 7. numer. 27. de quo latius infra in effectibus Unionis dicemus.  
 Frances de Eccle. Cathedr.

Secundo, uniri possunt duae Ecclesiae aequè principaliter, ita ut ambe aequales reputentur, & ex eis unum Collegium fiat: quo casu non solum unaquaque sua privilegia conservat, verum etiam communicatur alterius alteri: c. Decimas, 16. q. 1. Glof. in d. cap. 1. verbo, uniendo, quam multis exornat Fulv. Pacian. lib. 1. de probat. cap. 27. ex num. 42. Gonz. supra num. 28. & latius in effectibus Unionis dicemus.  
 Hinc huiusmodi Unio contingere potest, quando una Ecclesia de novo in Cathedralium erigitur, & ei alia Cathedralis unitor aequè principaliter, ita ut unus fit ambarum Antistes: juxta text. in c. 1. ne sede vacante. ubi Anchar. & DD. & ista partim dicitur status Ecclesie mutatio, partim Unio; ut notarunt Joan. de Lignano, & Pet. de Perus. quos sequitur Garc. dist. c. 2. nu. 6. & proprie juxta nostrum institutum non dicitur Unio, sed Erectio. Quare Monasterium in Cathedralium erectum per viam Unionis, non dicitur unum, sed erectum: Perus. de unio. c. 1. num. 5. quo casu privilegia antiquae Ecclesie nequaquam minuuntur, sed ipsa suum antiquum conservat honorem: Glof. in d. c. 1. & in d. c. Et temporis, ubi DD. Greg. Lopez supra, & in l. 13. tit. 13. par. 1. in glof. magna: Anchar. conf. 114. n. 2. Panorm. in c. 2. n. 7. de Relig. domib. Socin. in c. Sicut unire, de excess. Pralat. Feix. conf. 242. n. 13. lib. 2. Rota, quae totam materiam complectitur, dec. 73. p. 2. noviss.  
 Tertio modo, est Unio alia perpetua, quando fit perpetuo duret: & haec, contemplatione Ecclesie fit; c. 1. ne sede vacante. c. Sigratiore, de rescrip. lib. 6. Paris. conf. 5. tom. 4. Put. dec. 246. lib. 1. Iud. Moscon. de maief. milit. Eccles. l. 1. p. 3. c. 1. vers. duplex autem est unio, Barb. de univ. iur. Eccles. d. lib. 3. c. 16. nu. 3. Et alia temporalis, quae ad tempus fit, & contemplatione personae conceditur: Rebuff. in praxi, tit. de Union. n. 9. Bellamer. dec. 11. & 2. Put. & Moscon. supra. quae adinventio fuit ad tollendam incompatibilitatem, Flamin. Paris. de rescrip. benef. lib. 2. q. 3. n. 49. Pet. de Perus. de unio. c. 1. n. 6. & 7. ubi notat, quod si concedatur ad beneplacitum Papae, finitur morte ejusdem: cap. Sigratiore, de rescrip. in 6. Et haec Unio ad vitam, solum in Romano Pont. fieri potest: c. 1. de praeben. in 6. Rebuff. in praxi, d. tit. de unio. n. 7. Tambur. de iur. Abbat. p. 3. disp. 1. §. 45. in fin. In dubio autem perpetua censetur, si vel in literis exprimitur, vel ratione utilitatis Ecclesie Gratia fiat: c. Exposuisti, de praeben. Pet. de Perus. dist. tract. de unio. in fin. Sanch. in praepo. Decal. tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 145. vel alius non conset; c. Novit, vers. maxime, ne sede vacante. Perus. c. 1. n. 7. in fine, Barb. d. c. 16. num. 4. licet hanc unionem temporalem non proprie appellari Unionem dicat Pet. Greg. quem sequitur Lott. d. lib. 1. q. 28. num. 96. quia ad essentiam Unionis requiritur quod sit perpetua.  
 Quarto, Unio fit quoad spiritalia: & eo modo unio unitor duo Episcopatus quoad caput & gubernationem, ut utraq; Ecclesia remaneat cum suis propriis bonis distinctis ac separatis, non communicatis ut prius, sed tantum habeat unum Episcopum: ut late cum pluribus probat Gonzal. ex nu. 29. usque ad 32. ubi ad hos modos uniendo reduci omnes probat, circa quae videndum etiam Gratian. discept. 892. & 893. & hic modus usitator est uniendo Ecclesias Cathedralium, multae enim ita unitor reperuntur, teste Caccialupo tit. de Union. art. 2. numer. 1. Perus. eodem tit. quest. 1. numer. 5. Gonzal. & Gratian. supra, ubi abunde innumerata exempla huiusmodi unionum reperies, licet hanc non proprie Unionem, sed Communicationem & Confraternitatem appellet, Garc. de benef. dist. cap. 2. num. 6. Et licet alia, etiam sit Unio ratione solius administrationis, Coteneus conf. 225. num. 5. vers. non enim auferitur, vol. 1. tamen quia de hac non est praesens sermo, ideo eam omitimus.  
 Ad consequendam vero Gratian. Unionis causa requiritur: c. Cum causa, de praeben. Garc. de benef. 12. p. c. 3. & nulla causa praecedente facta, nulla censetur: c. Maioribus, c. Dilectio, de praeben. Clem. Monasterium, de reb. Eccl. Mascard. Concl. 1412. n. 11. quod etiam in Unionibus factis a Papa procedete dicit Moscon. de maief. milit. Eccles. l. 1. p. 3. c. 2. fol. mibi 461. vers. unde in unionibus. Quae  
 F 2 doctri-



Collegiata destructa, talis remanet, 306.  
 Recuperata absque auctoritate Superioris utitur Collegio, ibidem.  
 Causa cessare debet perpetuo & in totum, ut Vnio dissolui possit, 307.  
 Cessante causa quando cesset effectus, ibid.  
 Cessante causa quo casu Vnio non sit dissolvenda, 308.  
 Vnitas Ecclesie ob paupertatem, si divites fiant, dissolvenda est unio, 309.  
 Vnio facta a Papa etiam sine causa, valet, 310.  
 Papa absque causa an possit commutare ultimas voluntates, 311.  
 Maximum inconveniens si non possit commutare, ibidem.  
 Rebusus & Moneta reprobantur tenentes quod de causa unionis facte a Papa in partibus inquirendum est, 312. & seqq. 310.  
 Concilium Tridentinum quid circa Vniones statuat, 313. 310.  
 Romanus Pontifex non utitur absoluta potestate in commutatione ultimarum voluntatum, & in Vnionibus absque causa, 314. 315.  
 Rebusus interpretatur, ibid.  
 De causis Vnionis a Papa facte quomodo cognoscendum, 315.  
 Appellatio debet fieri ad Superiorem, 316.  
 A decreto seu Gratia Principis quomodo supplicatur, 317.  
 Mandatum Pape validum est, etsi causam habeat revocandi, 318.  
 Mandatum invalidum non exequendum, 319.  
 Regula 21. Cancellaria de Unionibus, & Concilium Tridentinum interpretantur, 320.  
 Concilium Constantiense, quid circa Vniones statuere, 321.  
 In Gallia quomodo admittantur Vniones, 322.  
 Si Vnio facta sit in forma gratiosa, non committitur executio, & quare, 323.  
 Mutationes Ecclesiarum a Papa in forma gratiosa facte omnino exequende absque iustificacione, 324.  
 Causa eadem in Ereptione Cathedralis, ac in Vnione, 325. 326.  
 Papa absque causa potest unire, vel transferre Ecclesias, sed non utitur ea potestate, 327.  
 Vnio facta Motu proprio non indiget verificatione, 328.  
 Motus proprius approbat omnia, que Papa narrat & asserit, 329.  
 Clausula, quo de subreptionis vitio notari non possit, quid operetur, 330.  
 Vnio ex falsa causa, vel sine causa obtenta, est nulla, 331. & seqq. 334.  
 Item Gratia ex falsa causa obtenta, est nulla, 332.  
 Idem est si fuerit Motu proprio, 333.  
 Causa a Papa posita de facto alieno, potest de falso notari, 334.  
 Validitas Gratie Papalis pendet a veritate narratorum, 335.  
 Quid in Vnionibus facta ab Ordinario? ibid.  
 Vnio magis concernit Iustitiam quam Gratiam: ideo ope exceptionis annullanda est, 336.  
 Falsitas quo casu vitium Gratiarum Vnionis, 337.  
 Vnio amittitur per non usum, 338.  
 Gratia apostolica per non usum amittitur, 339.  
 Vnio amittitur per contrarium usum, 340.  
 Non usus Vnionis & Gratie apostolice quanti temporis debeat esse, ut Vnio non sit valida, 341. & seqq.  
 Cap. Si de terra, de priuil. conciliatur cum text. in cap. Accedentibus, d. tit. ibid. & seqq.  
 Ad prescriptionem contra Gratiarum 40. anni requiruntur, 342.  
 Quadringenta anni cum titulo habent vim Immemorialis, 343.  
 Vnus privilegium in parte interruptit prescriptionem non usus, 344.  
 Causa durans in aliquibus singularibus, conservat effectum in omnibus, 345. & seqq.

Causa cessans in parte, non facit cessare effectum, 346.  
 Remedium possessorum debetur etiam cessante causa in parte, 347.  
 Possessorium debetur preeminentiarum in omnibus iuribus, probata possessione in aliquibus, 348.  
 Privilegium competens ex eo, quod quis duodecim filios genuerit, durat post mortem aliquorum, 349.  
 Submersa Civitate Cathedrali, quando ipsius privilegia darent, 350.  
 Privilegium non amittitur non usu, si non euenierit casus utendi, 351.  
 In unione Cathedralium requiritur consensus Capitalis, 352. & seqq.  
 Quomodo debeat dari talis consensus a Capitulo, 353. cum seqq.  
 Non sufficit Canonico, si non fuerit Capitaliter datus, etiam si maior pars consentiat, 354.  
 Prescriptione potest acquiri ut Vnio fiat absque consensu Capitalis, 355.  
 Iste casus impossibilis est in unione Cathedralium, 356.  
 Iusta existente causa Vnio fieri debet, etiam cessante consensu eorum qui consentire debent, 357.  
 Iste consensus precedere debet, 358. & seqq.  
 Sufficit quoquomodo constat de consensu, ibid.  
 Sufficit etiam Ratihabito, 359.  
 Exceptio defectus consensus per quem opponi possit, ibidem.  
 Gubernium Cathedralium unitarium quomodo fiat, 360. & pluribus seqq.  
 Omnes difficultates resolute ponuntur a Sacra Rota, 361.  
 Clericus unius Ecclesie, unire delinquens an possit detrueri in carcerem alterius unites, 362.  
 De Vicario quomodo providendum? & an Clerici unius Ecclesie in alia possint conveniri, 363.  
 In punitione Canonico quomodo procedendum circa Coniudices, 364.  
 Vnitas Ecclesie quomodo gubernande per unum Episcopum, 365.  
 Quomodo denominatio fieri debeat, ibid.  
 Quo pacto unaqueque sua retineat privilegia, ibid.  
 Denominatio sumi debet in Ecclesiis unitis a loco ubi habitat Episcopus, 366.  
 Episcopus rescribens Ecclesiam unitis, quomodo eas nominare debeat, 367.  
 A digniori sumenda est denominatio, 368.  
 Episcopus Calagurritanus primo Calagurritanam Ecclesiam nominat quam Calcetanam, que principaliter unitam, 369.  
 An Episcopus, seu Clericus duarum Ecclesiarum unitarum, duas habeat voces in Congregationibus, 370. 374.  
 Synodum in qualibet ex unitis potest Episcopus celebrare, 371.  
 Potest compellere Clericos utriusque ut accedant, 372.  
 Christum ubi consecrandum est in Ecclesiis unitis, 373.  
 Episcopus duas habens Ecclesias, unam in titulum, aliam in Commendam, duas habet voces in Congregationibus, 374.  
 Episcopus quo casu, & quando duabus possit presidere Ecclesiis, 375. & seqq.  
 Episcopus ex quibus causis possit habere unam Ecclesiam in titulum, & aliam in Commendam, 376.  
 Vnio tollit incompossibilitatem duarum Ecclesiarum, & ut una reputantur, 377.  
 Duas habens Ecclesias Cathedralium unitas, non tenetur nisi unum constituere Vicarium, 378.  
 Cathedralis unite quomodo gubernentur Sede vacante, 379. & seqq.  
 Quomodo nominant Vicarium, ibid.  
 Quo casu detur devolutio, ibid.  
 Vicarii duo nominari possunt, 380.  
 Vicarius constituitur debet in Civitate, in qua est Ecclesia Cathedralis, 381.  
 Barboza reprobat existimans non posse Episcopum duas constituere Vicarios in duabus Ecclesiis unitis, 382. cum seqq.

Episcopus cogi non potest ad duas constituendos Vicarios in duabus Cathedralibus unitis, 383.  
 Episcopus quomodo satisfaciat residentie in duabus unitis, 384.  
 Alternativa presidendi, spatium 40. annorum prescribitur, ibid.  
 Duo Episcopi possunt uni presidere Ecclesie auctoritate pares, dispensante Papa & de eius consensu, 385. & seqq.  
 Duo eiusdem Civitatis Episcopi esse non possunt: & quare, 386.  
 Coniugium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam consummatur per Consecrationem, 387.  
 In matrimonio spirituali unus sponsus duas habere sponsas potest, 388.  
 Papa unus solus debet esse in toto orbe: in inferioribus vero Ecclesiis duo possunt esse Episcopi, & quare, 389. 385.  
 Patriarcha Venetorum an simul sit Episcopus, ibid.  
 Imperatores duo possunt esse in potestate pares, 390.  
 Vnus scilicet in Oriente, alius in Occidente, ibid.  
 Episcopi duo possunt esse in una Ecclesia, unus tamquam principalis, alius tamquam Coadiutor, 391.  
 Sancti Linus & Cleus, Coadiutores fuerunt sancti Petri, sed non Coepiscopi, 392.  
 Episcopo egrotanti Coadiutor datur, non Titularis, 393.  
 Papa non debet dispensare, absque maxima causa, ut duo Episcopi sint in una Civitate, S. Augustini celebre dictum circa hoc, ibid.  
 Episcopus presidens duabus unitis Ecclesiis, in qua residere tenetur, 394. & seqq.  
 Duobus unitis beneficiis, in aigiori residendum, 395.  
 Episcopus in quacumque parte Ecclesiarum unitarum potest ius dicere, 396.  
 Vasconia Ducatus est separatus, non vero pars Anglia, 397.  
 Episcopus duas regens Ecclesias ex dispensacione, non potest ius dicere in negotiis unius, in altera; & quando secus, 398.  
 In unione diversarum Diocesum, cuius consensus requiritur, 399. & seqq. Idem & in aliis.  
 Vniones Cathedralium prohibite a Concilio Tridentino, 400.  
 Consensus illius, in cuius Diocesi sunt bona, requiritur, 401.  
 Vnio extinguitur tituli, totum ius transfert in Beneficium, cui unitor, 402.  
 In unione consensus utriusque requiritur, 403.  
 Executio unionis quomodo facienda, 404. & seqq.  
 Citandi sunt habentes interesse, ibid. & 410.  
 Princeps in Vnionibus Cathedralium citandus, 405.  
 Consensus interesse habentium quomodo necessarius, 406.  
 Consentire nolentes absque causa, an compellendi, 407.  
 Stante iniusta causa non consentiendi, ad ulteriora procedendum, 408.  
 Stante consuetudine unio fieri debet absque consensu eius, qui alias consentire debebat, 409.  
 Consensum sufficit ex post facto intervenire, 410.  
 Citatio non debet fieri in unione iam facta, & sortita effectum, 411.  
 Vacatio per mortem, comprehendit vacationem per privationem, 412.  
 Iusta existente causa, invito Populo, nova potest erigi Cathedralis non obstante contradiotione, 413.  
 Populi consensus non est attendendus, nec eius contradiotio in erectione, vel unione Cathedralis, 414.  
 De consensu quomodo consistere debet, & quomodo revocetur, 415.  
 In Ecclesiis Patronatus diversarum Diocesum, cuius consensus requiritur in unione facienda, 416.  
 Appellatio ab Vnionibus a quibus interponenda, 417.  
 Vnio Ecclesiarum inferiorum, per appellationem suspenditur, 418.  
 Secus in unione Cathedralium; & quare, 419.  
 Executor Vnionis debet habere causa cognitionem, 420.  
 Citatio quo casu non est necessaria in Vnionibus, 421.  
 Frances de Eccles. Cathedr.

Tractatus requiritur in Vnionibus Ecclesiarum duarum Diocesum, 422.  
 Valor quomodo probandus, 423.  
 Diminutio valoris, qualis debeat esse ad unionem ex hac causa, ibid. & 424.  
 Expensa congrue quomodo metiende, 425.  
 Diminutio fructuum quomodo metiende, 426.  
 Diminutio per quot annos probanda, 427.  
 In dubio contra unionem iudicandum, 428.  
 Fructus in dubio sufficientes presumuntur, 429.  
 Et potius aucti quam diminuti, ibid.  
 In unione quid debeat narrari, ut Gratia valeat, 430.  
 Vnio ex quibus causis non valeat, 431. & seqq.  
 Si excedit Executor potestatem, non valet, 432.  
 Vnio si fiat de Ecclesia vacante, que non vacat, non valet, ibid.  
 Simoniace facta, est nulla, 433.  
 Facta sub conditione, ea deficiente, non valet, 434.  
 Vnio ex quibus causis dissolvatur, 435. & seqq.  
 Vnio ratione scandali dissolvitur, 436.  
 Extinctio litis, est causa unionis, 437.  
 Scandali vitandi causa multa sunt, que alias non licent, 438.  
 Princeps quomodo vitandi scandali ratione inter Ecclesiasticos se ingerere possit, 439.  
 Scandalum quod alio modo sedari potest, non est causa unionis, 440.  
 Vnio dissolvitur ob non solutionem Quindeniarum, 441.  
 Quantum tempus sufficiat cessationi solutionis Quindeniarum, ut unio dissolui possit, 442.  
 Verbum presumpserit, supponit dolum, 443.  
 Vnio facta in augmentum cultus divini, non dissolvitur per Regulam 13. Cancellaria, 444. 446.  
 Regula 12. aliam 13. Cancellaria non extenditur ad uniones que ex causa necessaria sunt, 445. & seqq.  
 Nec ad eas que vigore Concilii Tridentini sunt, 446.  
 Nec ad eas que in vim contractus, vel ex causa onerosa sunt, 447. & seqq.  
 Nec ad Vniones Temporales, 448.  
 Nec ad eas que facte sunt in compensationem, 449.  
 Nullus potest imponere legem successoribus, 450.  
 Regula 12. Cancellaria quos casus excipiat in Vnionibus, 451.  
 Vnio amittitur propter abusum, 452.  
 Item privilegium amittitur propter abusum, 453.  
 Suspendio Vnionis in resignationibus fieri solet, 454.  
 Eius effectus, ibid.  
 Clausula suspensiva capit uniones consistorialiter factas, 455.  
 Hec suspensio semper patenda in resignatione, 456.  
 Vnio extinguitur per renuntiationem expressam, 457.  
 Quid in tacita, ibid.  
 Vnio facta propter tenuitatem fructuum dissolvitur fructibus auctis, 458.  
 Et facta ob populi deficientiam, populo aucto dissolvitur, ibidem.  
 Item facta propter sterilitatem &c. cessante causa dissolvitur, ibid.  
 Revocatur unio quando ex ea sequitur detrimentum, 459.  
 Stante privilegio Pape quod unio non possit revocari, non revocatur absque sufficienti derogacione, 460.  
 Vnio quando revocetur per Transactionem, 461.  
 Revocatio Vnionis quomodo facienda, 462.  
 Cause cognitionem requirit, ibid.  
 Vocandi sunt hi quorum interest, 463.  
 Vnio quibus modis sortitur effectum, 464.  
 Vnio vivente Papa qui eam concessit sortiri debet effectum: & quomodo intelligatur, ibid.  
 Vnio perfecta quando dicatur, 465.  
 Sortita effectum quando dicatur, ibidem, & 468. & seqq.  
 Vnio dicitur facta, licet effectus differatur, 466.  
 Effectus unionis non habet locum quoadusque ad notitiam Partis devenerit, 467.  
 Vnio sortitur effectum quando beneficium unitum vacat, per



Evicta Ecclesia principali, evicta censetur accessoria, 114.  
 Si debetur census ab una Ecclesia, etiam altera executionem patitur ratione unionis, 115.  
 Principalis attenditur, de accessoria non est querendum, 116.  
 Unionis aequae principalis effectus, 117. & pluribus seqq. & 273.  
 Unio facta duarum Cathedralium, utraque remanet talis, 118.  
 Sui unaqueque retinet prebendatos, ibid.  
 Non potest Episcopus in una delinquentes, in alia punire, 120.  
 Admittit in unaqueque facere debet, 121.  
 Episcopus unus potest esse duarum Ecclesiarum unitarum, 122.  
 Unio ambe sunt Episcopales, 123.  
 Propter tenuitatem unus Episcopus duabus potest presidere Ecclesiis, etiam unione non facta, 124.  
 Unus non potest copulari matrimonio duabus, 125.  
 Residens in qualibet ex unitis Ecclesiis, censetur in alia residere, 126.  
 Episcopus iurisdictionem exercet in loco unito, 127.  
 Subditi possunt coram Episcopo unitarum conveniri, 128.  
 Revocata unione, omnia in pristinum statum reducuntur, 129. vide 270. & seqq.  
 Sed Episcopus durante vita sua utramque Ecclesiam gubernat, 130.  
 Titulus Episcopi perpetuus est, 131.  
 Unio facta aequae principaliter, Canonici unius Ecclesiae, Canonici sunt alterius, 132. & quando non, 129. 131.  
 Beneficia unius Ecclesiae, sunt beneficia alterius, 133.  
 Respectu Canoniorum, non respectu Episcopi, ibidem & seqq.  
 Unio facta de Ecclesiis, non de bonis, Canonici unius non sunt Canonici alterius Ecclesiae, 134.  
 Congrua amissa ex una Ecclesia unita quando supplenda est ex alia, 135.  
 Si Ecclesia diverse unita fuerint quando suis legibus unaqueque gubernanda, 136.  
 Ministrorum deficientia in Ecclesia unita, quando ex alia supplenda, 137.  
 Unio Ecclesiae aequae principaliter non amittit Exemptionem, 138.  
 Et fruatur suis privilegiis, 139.  
 Prelatus quomodo conveniatur in Ecclesiis unitis pro earum interesse, 140.  
 Quando duae Ecclesiae unite unum faciunt Capitulum, quomodo sunt faciende electiones, 141. & seqq.  
 Unio facta aequae principaliter non mutat naturam Ecclesiarum, nec statum, 142.  
 Unio hoc fit cum suis privilegiis, 143.  
 Unio conservat privilegia: secus autem Translatio: & quae, 144.  
 Ecclesia Cathedralis & Collegialis possunt esse unite, & ambe sunt Episcopales. Dantur exempla, 145.  
 De unitis aequae principaliter facienda est mentio in impetratione beneficii, 146.  
 Unio facta ad vitam, non tollitur Reservatio, 147.  
 Unionis quoad Spiritualia effectus, 148.  
 Mortuo uno in hac unione, in utraque Ecclesia celebratur pro eo, ibid.  
 Unio non annullatur ex eo, quod fuerit facta de beneficio reservato, 149.  
 Papa nunquam censetur velle impedire ea, quae propter utilitatem vel necessitatem Ecclesiae sunt, 150.  
 Beneficium resignatum ex causa unionis non indiget publicatione, 151.  
 Regula de Trienniali non habet locum in beneficio unito: & quando secus, 152.  
 Secus autem est in Regula de Annali, 153. & seqq.  
 Regula de Annali non requirit titulum, 154.  
 Annata, quae ex concessione Apostolica solvitur, non debetur ex beneficiis unitis, 155.  
 Non data vacatione non solvitur Annata, 156.

Unio Parochialis ad Cathedralis, unio operatur precedentiam, 157.  
 Secus si Curata Ecclesia simplicibus annectatur, 158.  
 Unio Parochialis simplicis beneficio transit in naturam simplicis, ibid.  
 Causa unionis non dicitur causa beneficialis, 159.  
 Literae unionis non dicuntur literae de beneficio, sed de proprietate & de re temporalis beneficii, 160.  
 Reservata beneficia quo casu possunt uniri, 161.  
 Unio beneficia quando possunt obtineri a Regnicolis ubi adest indultum, 162.  
 Ecclesia unita sentiens se gravatam non potest revocare unionem, sed alia via agere debet, 163.  
 Sortita semel effectum unione, quando potest iterum Ecclesia uniri, 164.  
 Ecclesia huiusmodi unita Cathedrali, remanet libera, 165.  
 Unio facta duarum Ecclesiarum, quando unaqueque sua retineat privilegia, 166. & seqq.  
 In unione aequae principaliter, unus tantum est Rector, & a digniori sumit denominationem, 167.  
 Unio accessoria facta, omnia amittit Ecclesia unita, etiam Exemptionem, 168.  
 In Archidiaconi in Ecclesia unita alteri Diocesi, non amittitur, & quando e contra, 169.  
 Duabus factis unionibus, una principaliter, altera accessorie, sufficit quod principalis valeat, 170.  
 In dubio an censetur facta unio aequae principaliter, an accessorie, 171. & seqq.  
 In dubio censetur facta ut minus ledat, 172.  
 Unio quando accessorie, quando vero principaliter fiat, 173.  
 Magis dignum censetur trahere ad se minus dignum in unione, 174.  
 Tunica non accedit fundo, & quare, ibid. & 175.  
 Non confitit quae Ecclesia dicitur magis digna, ad denominationem recurrendum, 176.  
 Denominatio per se debet stare, non subiektivae, 177.  
 Observantia declarat modum Unionis, 178.  
 Unio quando censetur aequae principaliter facta, 179.  
 Unio Cathedralium, aequae principaliter presumitur facta, 180.  
 Unio quomodo probatur, 181. & seqq.  
 Probatur per instrumentum, 182.  
 Beneficium quodlibet, suum debet habere Rectorem, 183.  
 Unio non presumitur, sed probatur, 184. & seqq.  
 Quid in Unione facta ob inopiam, consistit de inopia, 185.  
 Immemorialis possessio probat Unionem, 186.  
 Existente titulo sufficit possessio quadragenaria ad prescriptionem, 187. 179. & seqq. Vide 181.  
 Immemorialis quomodo probatur testibus, 188.  
 Supposita immemoriali, omnes qualitates presumuntur, 189. 181.  
 Immemorialis debet probari de toto tempore, & quando secus, 190. & seqq.  
 Diuturnitas temporis non probat Unionem, nec obligationem: & quomodo intelligatur, 191.  
 Unio probatur ex Enunciatiovis antiquissimis, 192. & seqq.  
 Quae debent esse, & quales, 193.  
 Tempus morte litis debet detrahi ad antiquitatem Enunciatiovis, 194.  
 Enunciatiovis nihil operantur ad prescriptionem, 195.  
 Enunciatiovis quantum debeant habere antiquitatis, 196.  
 Habent vim famae, quae in antiquis probatur, & quomodo, 197.  
 Enunciatiovis an probent si sint conceptae virtualiter, 198. 190.  
 De Enunciatiovis antiquis in materia Unionis, qui DD. videntur, 199.  
 Enunciatiovis debent esse clare, 200.  
 Confessio Partis probat unionem, 201. & seqq.  
 Et quando secus, 204.  
 Maxime si interveniat tempus immemorabile, 202.  
 Praecipue concurrentibus adminiculis, 203.

Patronatus, nec titulus beneficii confessione probatur, 204.  
 Ex gubernio eiusdem Episcopi in duabus Ecclesiis probatur Unio, 205.  
 Ex diversitate Episcoporum diversitas Ecclesiarum probatur, 206.  
 Unus duorum vices sustinere non potest, 207.  
 Causa unitatis quae sunt, ad praesumendam unionem, 208.  
 Unio Ecclesiarum non probatur ex eo, quod ab uno possideantur, 209.  
 Possessio inducit praesumptionem dominij, 210.  
 Vox & fama quomodo probent Unionem, 211. & seqq.  
 Vox & fama adminiculum est probationis, aliis concurrentibus, 212.  
 Fama in antiquis cum titulo probat Unionem, 213.  
 Possessio quadragenaria cum titulo an sufficiat, 214.  
 R. P. Francisci Penne decisiones, equivoce patiuntur, nisi fideliter revertantur ad Originales, 215.  
 Fama qualis debet esse ad probandam Unionem, 216.  
 Testes in antiquis probant Unionem, 217.  
 Quomodo debeant concludere, 218.  
 Probationes non debent esse equivocae, sed clare, 219.  
 Donatio antiquissima probat Unionem, 220.  
 Item libri visitationum, 221.  
 Decimarum perceptio quomodo probat Unionem, 222. & seqq.  
 Equivocum ex quo tollatur in hac probatione, 223.  
 Fructuum perceptio per se non probat Unionem, 224.  
 Provisiones & Collationes antiquae probant Unionem, 225.  
 Ex pluribus simul iunctis probatur Unio, 226. 224.  
 Privilegium invalidum cum quadragenaria probat unionem, 227.  
 Debet esse titulus putativus danti causam praescribendi, 228.  
 Observantia quando probat Unionem, 229.  
 Dissimulatio quando probat unionem, 230.  
 Unio accessoria quare requiritur clariore probatione quam aequae principalis, 231.  
 Maius praesidium resultat ex Unione accessoria quam ex aequae principalis, 232.  
 In Unionibus, probata una, non dicitur probata altera, 233.  
 Probationes plures imperfectae coadunantur ad unam perfectam probationem unionis, 234. Vide 216. 227.  
 Idem in probatione confinium Diocesis, 235.  
 Quid in aliis rebus, 236.  
 Unio ex quibus probatur remissio, 237.  
 Beneficia non debent verbi uniri, 238.  
 Unio debet esse effectivata, nec ex lapsu temporis presumitur, 239.  
 Unio absque expeditione literarum, an valeat, 240.  
 Unio effectivata post longissimum tempus, presumitur utilis, & quando e contra, 241.  
 Quid sit narrandum in Gratia Unionis, & in qualibet alia, 232. & seqq. usque ad 242.  
 Qualitas beneficii monachalis exprimenda, 243.  
 Monachalis beneficia non solent uniri, 244.  
 Monachalis beneficiarum qualitates, 245.  
 Qualitas Patronatus laicalis in Unione narranda, 246.  
 Item an aliis Unio facta fuerit, ibid.  
 Papanon censetur velle tollere ius Tertij, 247.  
 Ea quae Pontificem reddunt difficiliorum ad concedendam gratiam sunt in supplicatione narranda, 248.  
 Clausulae generales non sanant omissionem Narrationis, 249.  
 Cura Animarum quando dicitur sufficienter expressa in Narrativa, 250.  
 Clausula sanans immunitatem & indemnitatem, subreptionem non tollit, 251.  
 Qualitas sufficit quod exprimitur per equipollens, 252.  
 In unione narrandum quod in aliis Gratia narratur, 253.  
 Unio quomodo executioni mandanda, 254.  
 In executione Unionis interesse habentes citandi, 255.  
 Executor Unionis quid observare debeat, 256.  
 Unioni possunt contradicere interesse habentes, 257.  
 Unio an sit favorabilis vel odiosa, 258. & seqq.  
 Pensio quibus temporibus consideretur, ibid.

Item privilegium, praescriptio, commutatio ultimarum voluntatum, reservatio beneficiorum, ad hoc ut dicantur favorabilia, vel odiosa, ibid.  
 Unio partim debet esse favorabilis, partim odiosa: & quando, 259.  
 Dispositio principaliter tendens in favorem, secundario vero in odium, dicitur favorabilis, 260. 263.  
 Una & eadem res non potest diversimode iure censeretur: & quando e contra, 261. & seqq.  
 Etiam nec acceptari pro parte, & repudiari, 262.  
 Diversi respectus diversimode militantes rationes, 263.  
 Ex furibus duobus eiusdem rei secundum diversos respectus unus dicitur manifestus, alter occultus, 264.  
 Resignatio ex quo dicitur favorabilis, & ex quo odiosa, 265.  
 Una res corporali consideratione non potest diversimode iure censeretur, secus spirituali, 266.  
 Unio Cathedralium ex quo dicitur favorabilis, 267.  
 Utilitas publica facit dispositionem odiosam censeretur favorabilem, 268.  
 Augmentum cultus divini facit gratiam favorabilem, 269.  
 Ereclio respicit utilitatem Ecclesiarum, 270.  
 Per erectionem Ecclesiae salus Christianorum respicitur, & causa piissima est, cuius magnus est favor, 271.  
 Clausula Motus proprii facit unionem favorabilem, 272.  
 A potentiori sumitur denominatio, 274.  
 Delegatio Commissarii Apostolici, est onus; commissio vero honor, 275.  
 Uniones temporales quare odiosae dicantur, 276.  
 Utilitas privata, si in bonum redundat commune, facit gratiam favorabilem, 277.  
 Unio quomodo dicitur odiosa, 270.  
 Cessante causa an rescindatur Unio, 279. & seqq.  
 Unio facta propter depopulationem, resistit populo an rescindenda, 280. & pluribus seqq.  
 Mutatione Cathedralium sine Translatione prebendarum ipsarum solus Papa facere potest, 281.  
 Uniones Cathedralium solus Papa revocare potest, 282.  
 Unio propter paupertatem, cessante causa revocatur, 283. 284.  
 Ob aliam causam facta, ea cessante item revocatur, 285.  
 Quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopire debet, 286.  
 Beneficia collata ob paupertatem, ea cessante amittuntur, 287.  
 Privilegium non mutat etiam si qualitas mutetur, 288.  
 Cessante causa, non est dissoluta unio, sed dissolvi debet, 289. 285. 300.  
 Excrecentibus facultatibus numerus Canoniorum augendus, 291.  
 Unio facta propter perverstatem Nationis, cessante perverstatate revocatur, 292. ubi de aliis Exempla.  
 Unio facta propter utilitatem, ea cessante revocari debet, 293.  
 Cessante causa Unionis, ille potest eam revocare, qui potuit unire, 294.  
 Causa cessatio tribuit iustam causam dissolventi unionem, sed non est dissoluta, 295.  
 Verbum, potest, voluntatem, non necessitatem importat, 296.  
 In dissolutione Unionis vocandi sunt interesse habentes, 297.  
 Si beneficia sunt duarum Diocesium, ambo Episcopi citandi sunt, 298.  
 Revocata unione Ecclesia remanet sicut ante Unionem, 299.  
 Unio facta sub conditione, cessante causa non revocatur, 301.  
 Unio facta Sede vacante non valet, secus autem dissolutio Unionis, 302. 303.  
 Inter Unionem, & Renovationem illius, quae differentia sit, ibid.  
 Ex Unione quando commodum sequatur, 304.  
 Dissolutio unionis utriusque Ecclesiae praesidium affert, 304.



doctrina in unione Ecclesiarum Cathedralium procedere non potest, cum hæc à solo Rom. Pontifice fieri possit, à cuius voluntate abque alia causa omnino dependet: ut late supra, d. 6. de causis erigendi novae Cathedralis, diximus; & probat Fulcus de visit. lib. 2. c. 26. n. 15. verum quia ubi notavimus, Rom. Pontifex potestate absoluta ferenumquam utitur, causas Unionis inquirere opera pretium erit. Hæc verò ad easdem quas reclinamus in novarum Cathedralium erectione reducuntur, & quæ iustificat Unionem iustificat etiam Dis membrationem, Garcia de benef. 1. 2. p. 6. 3. omnesque necessitates vel utilitates respiciunt, Penna dec. 778. n. 5. & 6. secundum Lugd. impress. de necessitate, probant text. in c. inter quatuor, de relig. dom. c. Relatum, ne Cleric. vel Monach. cum aliis: De Utilitate tex. in c. Ad audientiam: si secundo, de Eccles. adific. c. Exposuisti, de prob. c. 1. de reb. Eccles. alien. vel non, notant Parli. de Revis. l. 2. q. 9. n. 4. ubi de magis Communi testatur Rebuffi in praxi, tit. de union. n. 38. & tit. de erect. in Cathedr. num. 2. plures quos sequitur Barb. de uniu. iur. Ecclesie, l. 3. cap. 16. ex n. 37. & in Collect. ad Conc. sess. 7. de reform. l. 3. cap. 16. sess. 21. de reform. c. 5. n. 7. Monet. de commut. ult. volunt. c. 11. n. 82. & n. 385. Sanchez in precept. Decal. l. 7. c. 29. num. 161. quæ cause adeo debent urgere, ut evidentem requirant necessitatem, & necessitatem urgentem: c. Exposuisti 23. de prob. Et per huius tex. dispositionem ita decidit Guid. Papa conf. 134. Dec. conf. 233. n. 3. & conf. 265. m. 4. Menoc. conf. 192. n. 4. & conf. 402. n. 85. Rebuff. in praxi, d. tit. de union. n. 35. & 38. Lot. de reb. benef. lib. 1. q. 28. n. 141. & seqq. Tamb. de iure Abbatis. tom. 3. disp. 15. q. 2. n. 1. Rota dec. 65. n. 17. p. 2. aivers. Merlinus dec. 95. n. 11. Et ita intelligenda sunt DD. dicta asserentium in Unione utilitatem requiri, & quando deure: de quibus Pet. de Perus. d. tit. de Union. q. 3. n. 3. & 4. quæ quando deure tam quoad utilitatem, quam quoad necessitatem, & quando dictæ evidens? Iudicis arbitrio relinquuntur; ex latè traditus à Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 20. de caus. utilit. n. 54. Glof. in authent. præterea, C. unde vir & uxor: & ex longitudine temporis censetur facta ex evidenti utilitate vel necessitate: Merlin. supra n. 12.

36. Necessitas faciendi unionem in eo consistit, si utriusque Ecclesie præbendæ adeo sint tenues, ut ad victum duorum Beneficiorum non sufficiant, c. Vnio, 10. q. 3. c. Postquam 16. q. 1. Clem. ne in agro, §. ad hæc, de statu Monach. destructio propter pestem, bellum, inundationem, vel incendii causam, c. Decimas, 10. q. 1. c. Quia, de relig. domib. c. Exposuisti, de proben. atque ideo Ecclesia ab hostibus destructa & desolata potest alteri uniri, c. 2. de relig. domib. Sicut etiam propter vicinitatem, vel populi decrementum, vel incommodum: Præterea Religionis deformitas, & mutatio temporum, necessitatem tribuunt plerumque uniuendi, c. 2. c. fin. §. hostilitatis, 25. q. 2. dict. cap. Et temporis, dict. cap. Postquam, 16. quest. 1. d. c. Ad audientiam, il. 2. cap. fin. de Eccles. adificandis, Menoc. conf. 477. siue decrementum populi proveniat ex causa mortis, vel hostilitatis, vel paupertatis: c. fin. 26. q. fin. Ratio autem huius unionis ea est, ut commodius regi & gubernari possint: d. c. Et temporis, 16. q. 1. Azor. d. c. 28. q. 13. quæ ratione Imperator univit Mantuam, Cremonæ, ut testatur Caccialup. de union. art. 5. num. 1. Et eam esse causam probat Perus. eod. tract. c. 1. n. 2.

41. Utilitas verò reperitur in tenuitate fructuum, ob quam idonei Ministri non reperitur, d. c. Exposuisti, cap. 1. ne sede vacanti. Vel si adeo pauci sunt, ut iuxta qualitatem Ecclesie, propter defectum illorum, debitis Ecclesia fraudetur servitiis, ut firmavit Rota in Calagur. benef. de Arriola 14. Maij 1593. coram Giffio, & ex Pet. de Ubaldis tract. de Canonica Episcop. c. 7. n. 9. notat Lot. de reb. benef. l. 1. q. 28. ex n. 64. Verum ipsa tenuitas, si ob diminutionem acciderit, probari debet post tempus foundationis, ut suppreffio fiat, si hac via utatur Rom. Pontifex, sua suprema salva semper potestate, Lot. q. 28. n. 83. & prosequitur n. 85. Atque ideo debitorum Ecclesie causa, & onerum intolerabilium ratione fit unio: Agidius dec. 376. Practic. Rota

n. 7. & ita intelligendi sunt Hostiens. in c. Vacante, num. 5. Joan. de Anna n. 2. de prob. allententes causam rationabilem esse quæ in pietate consistit, ut intelligatur de pietate quæ exercetur in casu prædictæ necessitatis: ex text. in c. Non satis est, 36. dist. Lot. d. q. 28. ex n. 66. Item propter indecentiam loci fit unio: per ea quæ in puncto addit Grat. disp. 614. n. 2. Et hanc causam uniuendi propter paupertatem, renovavit Trid. sess. 24. de reform. c. 13. Cui adde Lot. de reb. benef. l. 1. q. 29. n. 39. sicut etiam propter nimiam multitudinem beneficiorum, supputantur, ut advertit Lot. d. q. 28. n. 94. de quibus causis uniuendi, videndi sunt Barb. de uniu. iur. Eccl. d. c. 16. n. 38. & in Collect. ad Conc. sess. 7. de reform. c. 6. n. 11. Caccialup. de Vnio. a. 5. Perus. eod. tract. c. 3. & de revocata unio. c. 1. Fusc. de Vis. l. 2. c. 26. n. 10. Pet. Greg. de benef. c. 20. n. 14. Garcia de Benef. p. 12. c. 2. num. 108. & 109. l. fid. Mosco. de maieft. mli. Eccles. lib. 1. p. 3. c. 2. fol. 460. Tamb. d. p. 3. disp. 15. q. 2. n. 1. Gratian. disp. 614. n. 2. Seraph. dec. 1078. num. 4. Farinac. in Postulatus, in terminis Cathedralium tom. 2. dec. 439. per totam: & ita ex causa paupertatis vel desolationis plures unitas non solum Cathedralis, 48 verum etiam Metropolitanas, multis exemplis, præter Gonz. & Gratian. supra relatos, firmat videndus Fusc. d. num. 15.

In quibus causis non ita scrupulosè agendum est, ut non magna utilitas vel necessitas sufficiat, veluti magna difficultas illius statum conservandi, prout cum pluribus, in terminis nostris, docet Monet. de commut. ult. vol. c. 11. n. 371. usque ad 386. Eæ ratione, quia utilitas evidens acquiritur necessitati, c. 1. cap. Cum nobis, cap. In casibus, de elect. Clem. 1. ubi, Glof. verbo necessitas, de reb. Eccles. non alien. c. queris, de atar. & qualitat. c. Tali, c. Et filla, 1. q. 7. latè Monet. de commut. ult. vol. c. 6. ex num. 101. cum seqq.

Et ita finis Unionis alius est communis omnibus, veluti Civium salus, & Reipublice utilitas; alius verò particularis, divini videlicet cultus augmentum in particulari, vel adimplementum piæ alicujus voluntatis; ut notavit Monet. d. c. 11. n. 82. Et ita debet constare de utilitate, ut de ea dubitari non possit quin fit magis profutura Ecclesie, c. Sine exceptione, 12. q. 1. latè cum pluribus Barb. de Clausulis, Claus. l. 52. n. 8. Ex quibus gratiam unionis non esse ambitosam declaravit Rota dec. de reb. Eccles. non alien. in antiq. quia magis consensit Iustitiam quam Gratiam, & ideo ex necessitate conceditur: & hanc esse rationem Rota notavit Practic. Rota c. de Vnio. n. 3.

Quare omnes cause supra relata, quatenus respiciunt cultus divini augmentum, veluti quando nulla est dos, vel insufficientis est ad sustentationem Ministrorum, necessitate cause unionis iudicantur per Rota dec. 1143. p. 3. aivers. Lot. d. lib. 1. q. 29. ex n. 17. ubi notat attendenda esse verba Unionis, quia si dicunt, quod ibi Ministri non possunt commodè haberi, tunc ad necessitatem concludunt; si verò dicant, ut ibi commodius habeantur, quæ supponunt fructus & augmentum significant, ac proinde causam necessitatis excludunt, talisque unio subjacet Regula revocatoria: ita Rota in Tolet. de Passtrana 18. Junij 1610. & 13. Juniar. 1618. apud Lotter. supra n. 21.

Verum in hoc observandum est, quod tunc temporis adesse dicitur causa, cum jacet sine spe cessandi, seu meliorandi; ut probat Fusc. de Pst. lib. 2. c. 16. n. 27. & ut tora capiat materia, cause hæc omnes, earumque iustificationes, veluti quanta distantia debeat intervenire, & alie id genus, Iudicis arbitrio relinquuntur: Glof. in c. ult. 80. dist. Menoc. de arbit. cent. 5. casu 497. & antea dixerat casu 297. Solozan. de Indiarum iure, tomo 2. lib. 3. cap. 5. numer. 9.

Taliter autem causa in Unione requiritur, ut ea falsa probata, Unio annullatur: l. magis puto, §. ult. de reb. eorum. Oldrad. conf. 260. n. 1. vers. sed hic causa inopia, Lot. d. l. q. 28. n. 146. Fusc. supra n. 17. Menoc. conf. 402. num. 89. Et ita stylus modernus Rota observat, quidquid antiquus fuerit contrarius: in eo varians an sit nulla, vel annullanda; idem probat Lot. ex num. 147. cum seqq. & ita hanc opinionem sequuntur plures apud Garcia de benef. d. p. 12. cap. 2. num.

10. 113. Tambur. de Iure Abbatis. tom. 3. disp. 15. q. 2. n. 2. sed de hoc latè infra.

10. Vidimus quibus modis unio fieri possit, & ex quibus causis concedatur; tractemus nunc quos in Jure producatur effectus. Et quia primo modo diximus unionem fieri accessoriet, deistis effectibus erit sermo.

51. Primò quidem, unio perpetua, est extinctiva tituli, tollens, omnia vincula: Castador. dec. 2. de union. num. 2. Valenz. conf. 22. n. 10. tom. 1. quod de Unione subjectiva, de qua loquimur, quando una alteri, unitur, intelligendum est; per text. in cap. Recolentes, §. fin. de stat. Monach. Caccialupus art. 8. num. 1. & 2. Practicabil. Rota d. cap. de Vnio. num. 13. latè Gratian. disp. forens. disp. 291. ex n. 62. 1. Seraph. dec. 645. n. 2. & dec. 1009. n. 4. Et hac ratione abolet titulum beneficii uniri, & facit eum cessare; ut per plures quos sequitur Lot. de reb. benef. l. 1. q. 28. n. 98. Garc. cum pluribus d. c. 2. n. 12. cum seqq. licet in Unione non tollatur pensio; quia per eam non tollitur jus Tertij: Penna dec. 1020. secundum Lugd. Impress.

64. Secundus effectus est, quod de beneficio unio fieri non debet mentio in impetratione: Rota dec. 333. in antiq. Gonz. glof. 5. §. 7. num. 16. quod intelligendum est de hac specie subjectiva unionis, non de ea quæ quæ principaliter fit; ut bene distinguit Caccialupus supra n. 8. ubi latè de aliis effectibus tractat, qui cum ad nostrum non conducant tractatum, ideo libenter omitimus.

65. Tertius effectus est, quod capta possessione Ecclesie, vel beneficii, qui facta est unio, censetur etiam capta possessio Ecclesie vel beneficii uniri: Rota Recent. dec. 658. num. 2. in fin. par. 1. Beltram. in addit. ad Ludov. dec. 102. num. 5. vers. Et propterea a capta possessione: Gonzal. d. glof. 5. §. 7. n. 6. Lot. dist. lib. 1. q. 28. num. 99. & 100. Barbol. de univ. iure Eccles. d. lib. 5. c. 16. num. 18. & 19. Plures referat Garcia d. c. 2. num. 21.

66. Quartus effectus est, ut non inducat incompatibilitatem beneficium unitum, nec de ipso faciendi sit mentio in impetratione principalis, ex dispositione text. in c. Si motu proprio, de proben. in 6. Imò per Collationem principalis, habet utrumque: Barb. cum pluribus d. c. 16. num. 18. Garc. d. c. 2. n. 20.

67. Quintus effectus est, quod hac ratione unitum non possit per se permutari: plures apud Gonzal. d. §. 7. num. 11. & 14. nisi unio facta fuerit ad vitam, ut videre est per ea quæ tradit Garcia de benef. p. 11. c. 5. num. 219. & p. 2. c. 2. num.

68. 39. Et sic unia Parochiali ad Canonicatum, per vitam unientis, debet in Parochiali residere: Garcia ex mente Congregationis d. c. 2. num. 40. Et ideo si Papa consecrat, antequam unio executioni mandetur, transfert beneficium cum sua qualitate, quæ eatenus durat, donec sit consumpta vacatio: ut per plures quos sequitur Lotter. d. qu. 28. num. 202. cum seqq.

70. Sextus effectus est, ut sufficiat publicare resignationem in Ecclesia principali, nec opus sit, ut in unia publicetur; Garc. d. c. 2. n. 27. & 46.

71. Septimus effectus est, quod Beneficium unitum non potest impetrari per se, Boer. dec. 345. Seraph. dec. 1078. n. 6. quia per unionem amittitur nomen Beneficii, & efficitur prædium; Rota dec. 11. de reb. Eccles. non alienandis, in antiq. & ideo non vacat; Ludovisi. dec. 77. num. 2. & decision. 112. num. 3. ubi Beltram. num. 5. Lotter. d. qu. 28. num. 104. plures apud Barbol. d. c. 16. ex n. 7. Gonzal., cum pluribus d. §. 7. num. 7.

74. Octavus effectus est, ut licet Beneficium unitum non possit resignari, tamen ad hoc ut resignatio valeat, & ut suspendatur effectus unionis; Pontifex debet facere expressam mentionem de ea, aliàs non valet; Menoc. de arbit. l. 2. Cent. 3. casu 201. num. 133. Valenz. d. conf. 22. ex n. 11. Pract. Rota d. c. de Vnio. n. 15. Gonz. cum pluribus d. glof. 5. §. 1. n. 139. absque eo quod sit necesse derogare Regula de hinc quaesito non tollendo pro unionem, cum æquè possit moti resignans, ac resignatarius, sique injuria non fiat; ut de stylo testatur Parli. de ref. benef. l. 2. q. 9. ex n. 18. usque ad 26. Grat. disp. 288. n. 29.

76. Nonus effectus est, quod privilegium competens Ecclesie Frances de Eccles. Cathedr.

principali, competat Ecclesie unitæ; quia Ecclesia principali est mater, unia verò filia: & sicut filia sortitur privilegia matris, cap. Cum dilectus, de iis que vi, metusve causæ sunt, Gonzal. d. §. 7. n. 5. DD. in d. cap. 1. ne Sede vacante. Garc. d. c. 2. num. 10. Gratian. disp. 184. num. 40. Practic. Rota verbo Vnio, nu. 13. Maurus alleg. 66. n. 1. ita Ecclesia unia sortitur privilegia alterius, cui unitur: secus 78 autem est, si unio fiat æquè principaliter, ut infra dicemus; & ita ratione Unionis communicantur privilegia: Rebuffi in praxi tit. de union. benef. num. 12. plures apud Gabriel. conf. 128. num. 10.

Hæc enim est natura Unionis, ut unia reducatur ad unam 79 essentiam; ut in princ. diximus: & probat Ripa de leg. §. long. a Consuetudine, numer. 65. Solor. de Ind. iur. tom. 2. lib. 3. c. 5. num. 49. Quæ doctrina limitatur, nisi Rom. Pont. reservet in Unione privilegia Ecclesie unitæ, quo casu conservantur eo modo ac si unio facta non fuisset; Turrecer. & Hugo in d. c. Et temporis, num. 3. Quod si scire cupias quæ privilegia conserventur: dic esse ea quæ non repugnant Unioni, veluti institutio beneficiorum, si ibi remaneant, c. Pastorialis, de prinil. & illi Episcopo, cui subest Ecclesia, responderi debet de iuribus Episcopalibus: ut per DD. in c. Quia monasterium, de relig. domib. Perus. c. 10. per totum, ubi alia ponit exempla. Et ita quando Ecclesia quæ unitur, capax est illorum privilegiorum, ea retinet: d. cap. Recolentes: secus verò, si fuerit incapax, de quo vide plura apud Greg. Lopez. in l. 28. tit. 7. p. 1. verbo Trivissen in aequalia pobreza. Licet si Ecclesia diversis etiam Metropolitanis 81 essent subiectæ, quod quando Cathedralis uniuuntur difficile potest contingere, superior cuiuscumque sua remnebit iura: c. Quia monasterium, de relig. domib. Glof. in c. 1. ver. Vniendo, ne Sede vacante: & hanc doctrinam memorie esse retinendam docet Thomas Campegius tract. de union. Eccles. n. 7. tom. 1. 5. Tract. Caccialup. eod. tract. art. 2. num. 3. Quia Papa per Unionem non censetur derogare juri Episcopi: c. Tuarum, de auctor. & usu pallii: c. Super eo, de offic. Deleg. c. fin. de confirm. util. vel inutil. Caccia de union. d. 3. n. 13. & 14. Perus. q. 2. m. 3. Quod non procedit quando unio 83 facta fuit accessorie, quo casu per subjectionem unitæ acquiritur superioritas & dominium: ex Perus. d. cap. 1. n. 2. 3. & 4. Et de privilegiis quæ remanent unite Ecclesie Regulari, quæ ad secularium reducitur fuit, vide Tamb. de iure Abb. tom. 1. disp. 15. q. 11. & ea quæ dicemus infra, cap. 31. de Eccl. Cath. Regul.

Decimus effectus est ille qui resultat ex supradictis; nam 85 Ecclesia fit prædium Ecclesie cui fit unio: Rota apud Farin. in Postulatus, tom. 2. dec. 352. num. 7. Et ita unio finit Beneficium, ut non sit amplius ratio habenda de Beneficio unito: quemadmodum explicant Rota dec. 111. n. 1. & 2. de reb. Eccl. non alienan. in antiq. Lot. d. q. 28. num. 97. & ideo beneficium Curatum, simpliciter unitum, fit simplex: ut Gonz. d. §. 7. n. 8.

Undecimus effectus est, non vacare Beneficium unitum 86 per mortem obtinentis illud: cap. Cum accessissent, de Constit. Ludovisi. dec. 77. num. 2. & dec. 419. num. 2. Lotter. d. lib. 1. q. 28. ex num. 178. & lib. 3. q. 8. num. 84. Quod intelligitur 87 de Unione valida, quæ non solum extinguit vacationem præcedentem, sed tollit in futurum: Seraph. dec. 1410. Lotter. plura referens d. q. 28. n. 104. & 178. & d. lib. 3. q. 8. n. 85. & ita declarata nullitate, vacat ut prius: idem Seraph. dec. 1309. num. 2. quidquid sit, si existens in statu validitatis, 89 dissoluatur per ea, quæ latè tradit Lotter. d. q. 28. ex num. 85. & d. q. 8. ex num. 88. sed supposita unione valida, non 90 cadit vacatio sub Regula reservatoria: Seraph. dec. 1011. n. 1. & §. 5. & dec. 1410. n. 21. Gonz. d. §. 7. n. 25. si tamen uniat 91 alteri beneficio reservato, reservatum censetur: idem Gonz. ex n. 37. cum seqq. ubi latè disputat hanc materiam. Limitatur tamen hæc doctrina, ut non procedat in unione æquè 92 principaliter facta; quæ absque dubio comprehendit illa duo unita: idem Gonz. n. 56. nisi unio fiat ad vitam: idem Seraph. dec. 1355. num. 5. rationem reddens, quia hoc casu non supprimitur titulus.

Duodecimus effectus est, ut facta unione de aliqua Parochiali accessorie ad aliquam Dignitatem Ecclesie Cathedr. 93



dralis, sufficiat attingere etatem necessariam pro Dignitate obtinenda, abique eo quod 25. annum attingat; ex textu in cap. Licet Canon. de elect. ut per plures quos sequitur, Barbof. d. c. 16. n. 16. & 17. Nec fieri debet concursus pro illius provisione, iuxta Tridentini dispositionem sess. 24. de reform. c. 18. idem Barbof. num. 20. quia non subest dispositioni Tridentini, Gonzalez gloss. 9. n. 4. & gloss. 5. §. 7. numer. 12. quate non se faciens promovet intra annum, non subjacet poenae text. in d. c. Licet Canon. de elect. per optimum text. in c. Statutum 22. de elect. Gratian. discept. 291. num. 22. Et ita unio Parochialis, Beneficio simplici, Episcopatus potest dispensare cum illegitimo; quia Parochialis assumpti naturam simplicis, & extenditur dispensatio ut possit conferri non qualificato, licet aliis aliqua particulari ratione requireret Gradum: Gonz. d. §. 7. nu. 18. Et hac ratione, si non habet curam actu, etiam si habitu eam retineat, non dicitur beneficium curatum: Gratian. late discept. 291. nu. 16. fecus autem est quoad privilegia, quoad pro privatur abique sua culpa: ut idem probat Grat. ex num. 39. de quo alibi: nec de tali Cura habituali facienda est mentio in impetratione beneficii, idem Grat. n. 44. & denique considerari debet in Canoniatu vel Dignitate, Garcia d. c. 22. ex num. 23.

100 Decimus tertius effectus est, ut unia Ecclesia accessorie, legibus ejus, cui unia est, gubernari debeat; fecus autem est, si duae remaneret: ita distinguitur omnino videndus Gratian. discept. 9. ex n. 16. usque ad 22. Gloss. & DD. in d. c. 1. ne Sede vacan. Alex. & DD. in l. 1. de leg. 1. & in l. Si ex toto, eod. tit. Bartolus in l. Si convenit, la 2. §. Si nuda, ff. de pign. act. late Cravet. de antiq. temp. p. 4. in princ. num. 55. & §. 6. Alex. cons. 140. n. 7. & S. vers. Non obstant: vol. 5. Quae doctrina intelligenda est de Vnionem extinctiva tituli, ut optime distinxit Rota apud Coccin. decif. 328. num. fin. Hinc est quod Clerici Ecclesiae uniae tenentur comparere in Synodo coram Episcopo, in cuius Episcopatu unia est, & omnia jura Episcopalia solvere tenentur: c. Conquerente, de offic. Ordin. Rebuff. in praxi, d. tit. de unione, num. 5. Gonz. d. gloss. 9. n. 8. Interim tamen, donec aliud fuerit provifum, isdem legibus vel Consuetudinibus sicut ante unionem gubernari debet: Soloz. de Ind. iure, tomo 2. lib. 3. cap. 5. numer. 65.

103 Decimus quartus effectus est, quod omnia negotia Ecclesiae uniae, in illa, cui facta fuit unio, possint tractari: c. Novit, ubi DD. de offic. Legat. Ex ratione saepius allegata, quia gaudet omnibus privilegiis alterius: Rebuff. d. tit. de unione, n. penult. & seqq.

104 Decimus quintus effectus est, ut lite contestata super beneficio accessorie, non faciat litigiosum beneficium principale, ita declaravit Rota in Legionen. Praesimoniae de Palacios 16. Januarij 1595. coram Pampilio, relata per Garciam d. c. 2. n. 32.

105 Decimus sextus effectus est, quod per Unionem Praelatus Ecclesiae cui fit Vnio, dicitur Praelatus etiam uniae: text. in d. c. 1. ne sede vacan. Rebuff. in praxi, d. tit. de unione, n. 49. & passim DD. quo casu Cura residet penes ipsam; exercitium autem penes Vicarium; licet in rigore non dicatur Rector uniae, sed Administrator: Cassador. decif. 2. de unione. Falc. de vifit. l. 2. c. 26. n. 1.

107 Decimus septimus effectus est, quod facta unione de prima Dignitate unius Ecclesiae alteri Ecclesiae, praeminentiam primatiatus amittit: nam cum unio subjectiva amittit titulum, necessarii primatiatus debet amittere: ut contra Navar. conf. 13. de reb. Eccles. sentit Garc. d. c. 2. n. 19. idque observatum fuit in Civitate Bilbilitana Dioecesis Tiraion. ubi Ecclesia Collegiata B. Mariae de Penna, unia fuit Ecclesiae S. Mariae Majoris, ubi Prior de Penna qui erat prima Dignitas, remansit secunda, & Decanus B. Mariae semper praefatus.

108 Decimus octavus effectus est, quod unio beneficio accessorie unius Dioecesis ad aliud alterius, debet conferri per Episcopum illum cui facta fuit unio: Gonz. d. gloss. 5. §. 7. n. 24. Si vero aequè principaliter facta fuerit, per utrumque Episcopum provideri debet: idem Gonz. nu. 57. de quo infra: quia primo casu, Ecclesia unia fit inferior, alia vero

superior, & Praelatus superioris fit Praelatus utriusque: Pet. de Perul. tract. de unione. c. 1. nu. 1. usque ad 4. Et hac ratione, omnia unia accessorie ad Ecclesiam Jurispatronatus, sunt ejusdem naturae: Maurus alleg. 66. n. 1.

Decimus nonus effectus est, quod Ecclesia cui facta fuit unio, teneatur omnia onera subire alterius Ecclesiae uniae: Penna dec. 1020. n. 20. secundum Lugd. Impres. Ea ratione, quia omnes fructus ad eam spectant, c. 2. c. 3. c. Conquestus de usur. late Grat. discept. 614. n. 3. Atque haec de Unione accessorie facta. Et ut uno complectar totam materiam, Vnionem accessorie facta, omnia jura uniae transeunt in aliam, cui facta fuit unio; & idem, si enunciat Ecclesia cui fit unio, censetur evicta unia: & si solvitur census pro unia, fieri potest executio in alia: Perul. de unione. c. 2. nu. 1. & 2. atque ideo attenditur tantum principalis causa, ut de accessorio non sit quaerendum: Tondut. Saulegerius tomo 1. q. & resol. benef. c. 37. n. 13. ubi docet, quod fit in unione beneficii principalis observatum est, quod observari debebat, non esse curandum de unio.

Transeamus ergo ad secundam speciem, Vnionis, quae est de beneficiis aequè principaliter unitis. In qua profecto effectus; Vigefimus hic est, ut unio facta aequè principaliter de duabus Cathedralibus, utraque remanent in suo statu, ita ut Canonici & Praebendatos habeat distinctos; ut accidit in Cathedrali Calagurrit. & Calceaten. de qua Gonz. d. gloss. 5. §. 7. n. 29. usque ad 33. Grat. discept. 892. per totam; non potest Episcopus delinquentes unius Ecclesiae punire in alia, quia hoc esset unum alteri subijcere, & ita debet Adjunctos unice in principio cujuslibet anni facere, juxta Trid. dispositionem sess. 25. de reform. cap. 6. prout late probat Garc. d. discept. 892. ex n. 3. ubi omnia inconvenientia ponderat.

Vigefimus primus effectus est, quod propter unionem potest Episcopus duas habere Ecclesias, quia post factam unionem, una tantum reputatur, nec inducitur incompatibilitas, Gonz. d. §. 7. nu. 21. late Grat. d. discept. 655. per totam; ubi ex professo disputat materiam in Episcopatu Verbiens. & Tuscanen. invicem unis: Eruta utraque Ecclesia remanet Episcopalis, sed unius Episcopus praerit utriusque, d. c. Et temporis qualitas, 16. q. 1. Anchar. in d. c. 1. ne sede vacan. Caccialupus d. tract. de unione. c. 2. Rebuff. in praxi tit. de Vnion. à nu. 15. Imò propter tenuitatem unius, possunt non facta unione, similiter potest praefidere duabus Ecclesiis: c. Vnic. de atat. & qualitat. cap. Eam re, de relig. domib. quod neutiquam est in Matrimonio Carnali, c. Gaudemus, de divor. Et ideo in quolibet Episcopatu seu Ecclesia residens, censetur in alia residentiam facere, quia una Dioecesis reputatur: Barb. in Past. alleg. 54. n. 131. & de unio. iur. Eccl. l. 3. c. 1. n. 21. & 22. atque ideo Jurisdictionem exercet in loco unio, c. Cum Episcopus, de offic. Ordin. in 6. & potest visitare, & omnia Jurisdictionis munia exercere, juxta tex. in c. cum Apostolus, de Censibus, & subditi utriusque coram illo Episcopo possunt conveniri, c. fin. de Const. in 6. Rebuff. supra, ex n. 50. cum seqq. Imò etiam revocata unione, licet de sui natura omnia in pristinum revocatio reducat cap. 1. ne Sede vacan. Rebuff. in praxi, tit. de revocat. unionis, n. 38. Garc. d. p. 12. c. 2. in fine, tamen Praelatus durante vita sua utramque gubernari Ecclesias: ut idem docet Rebuff. n. 44. quia titulus ejus perpetuus est: c. Si gratiose, de rescrip. in 6. c. Satis perversum, 56.

Vigefimus secundus effectus est, quod facta unione de duabus Cathedralibus aequè principaliter, Canonici sunt utriusque Ecclesiae Canonici, & faciunt unum Corpus, Garc. d. p. 12. c. 2. n. 11. Et sic beneficia unius Ecclesiae sunt beneficia alterius: Pute. decif. 432. in correct. Barbof. de unio. iur. Eccl. d. l. 3. c. 16. n. 6. Quod procedit in actibus habito respectu ad ipsos Canonicos, non vero ad Episcopum, & ad ea quae ad ipsum solum spectant; ut pluribus docet Grat. discept. 655. n. 40. & 41. quod indiget explicatione; nam si per Unionem non alteretur status Ecclesiae uniae, hoc est, unio fit de Ecclesiis; non vero de bonis ipsarum, non sunt Canonici unius, Canonici alterius: quia tantum fit unio respectu Episcopi, vel Rectoris, quoad gubernium: Gonz. d. §. 7. nu. 122. Garcia cum pluribus dist. p. 12. c. 2. n. 27. Et hinc

hinc est quod si Beneficiati seu Rectores unius ex ii. unitis, amittant Congruam, non est supplenda ex fructibus alterius, sed Parochiani ad illam contribuere tenentur, vel alio modo succurrendum est: ut voluit Rota decif. 72. p. 2. divers. Gonz. num. 113. quia cum in hac unione unum quodque beneficium in sua remaneat natura, defecum servituti unius, alterum beneficium supplere non tenetur. Et quarelibet Ecclesia five Dioecesis suis legibus debet gubernari, quia sua conservat privilegia, nec per unionem praecise alteratur status Ecclesiae uniae, sed in ea amore solito debet deserviri: Rota dec. 133. n. 1. p. 2. diuer. Et si defecerint Ministri, Clerici debent deputari perpetui stante obligatione residendi; ut in Collegiata probat Rota dec. 758. nu. 2. & 3. p. 1. divers. Garcia d. c. 2. n. 35. Et ex eadem ratione, si Ecclesia unia aequè principaliter erat exempta, per Unionem aequè principaliter factam non amittit exemptionem: Gemin. in c. 1. §. fin. col. 2. de priuil. in 6. Felin. in c. In nostra, n. 30. de rescrip. Ripa in l. 1. n. 13. ff. de leg. 1. Azor. Inst. mor. p. 2. l. 6. c. 28. q. 2. Fulv. Pacian. l. 1. de probat. c. 27. num. 59. Ita etiam si ante Unionem unaeque Ecclesiae fruebatur privilegia Cathedralis, multo magis post Unionem, etiam si non esset erecta Cathedralis; quo casu nec Canonici unius, erunt Canonici alterius Ecclesiae: Gloss. in d. c. Et temporis: quam sequuntur ibi. Archid. Bellam. Turrecrem. n. 3. idem Anchar. in c. 1. n. 4. ne sede vacan. Pacian. dist. c. 27. n. 47. & 62. & de hoc modo Unionis loquuntur Gratian. & Gonzal. supra allegati, exemplum adducentes in Ecclesia Calagurrit. & Calceaten. ubi distinctae sunt praebendae. Et hoc est quod docet DD. afferentes in Contractibus mixtis, sub nomine unius Ecclesiae factis alteram non obligari, & Praelatum debere nomine illius, de cuius interesse tractatur, celebrare: Anchar. conf. 142. num. 2. Pacian. supra num. 58.

Si vero unio fiat quoad bona, Canonici unius, erunt Canonici alterius: ut contingit in Ecclesia Gienen. & Baccen. in quibus Canonici unius, sunt etiam Canonici alterius; & Episcopus prohibito facit intervenire in una, vel in alia Ecclesia: quo casu si electio ad Capitulum spectat, duo Capitula simul eligent, & electio fiet in loco ubi conventum est, vel ubi mos fuerit: argumentum text. in c. Pastoralis, de rescrip. Caccialup. de Vnion. art. 2. n. 9. & art. 9. Idem autem est de aliis beneficiis ad ipsas Ecclesias spectantibus, quorum provifio ab omnibus fieri debet in loco, ubi conventum est, per ea quae in puncto docet Garcia d. c. 2. n. 48. Et de hac doctrina Unionis vel Unitatis vide optimam & Magistralem decisionem Verellen. Vnitatis Capituli apud Othobon. dec. 4. ubi ex quibus unitas Capituli five Unio Ecclesiarum probeatur, invenies.

Vigefimus tertius effectus est, quod si Unio fiat aequè principaliter, non mutat naturam beneficiorum; & ita si una Ecclesia erat Cathedralis, altera Abbatialis, Praelatus erit Episcopus unius, & Abbas alterius: argumentum text. in c. 2. de relig. domi. quia per talem unionem Ecclesia non mutat statum: c. Felix, 16. q. 1. & per text. in c. De quorum, de consecrat. dist. 1. tradit Caccialup. de unione, art. 8. nu. 1. ex ratione universalis dicta, quia unaequeque unitur cum suis privilegiis: idem Caccialup. plura refert ubi supra num. 4. vers. septimo quero: Gloss. in d. c. Et temporis, verb. unius, ubi Archidiacon. n. 4. & 5. Sail. observat. 61. n. 10. & 11. Rota dec. 73. tom. 2. in novissim. quam doctrinam distinguunt Aliqui in Unione, vel in Translatione, ita ut in Unione retineantur privilegia, per Translationem vero amittantur, quasi procedat unio, non vero translatio: quod verum est in his quae concernunt personam, non vero rem: ita Rebuff. in praxi, tit. de Translat. Episcopi, pag. mihi 505. & seqq. Quod alii limitant ad Translationem quae fit per viam Unionis, in qua semper remanent privilegia: Innoc. in c. 1. de nou. oper. munit. Rebuff. in praxi, tit. de Translat. Episcopi, n. 11. Natta conf. 62. n. 6. Et ita observatur in Ecclesia Aretina, quae habet duas Ecclesias, quarum una est Cathedralis, & alia Collegialis, & tamen ambe sunt Episcopales; ut testatur Card. Tusch. Praefat. Concl. lit. E. concl. 298. nu. 2. ubi num. 3. idem asserti de Ecclesia Rhegensis, quae habet Cathedralis & Collegiata S. Prosperei; de qua Unione videndi sunt Joan. Andreas, Anton. de Butt.

& Gemin. in cap. Quamvis plenissima, de praeben. in 6. circa finem, ubi idem testatur de Ecclesia Vifuntin. Feltr. & Belunen. de quibus Cardin. Zabarella confego. per totum, & Cardin. Tusch. supra num. 4. ubi de communi usu Italiae testatur.

Vigefimus quartus effectus est, quod unia duo beneficia aequè principaliter, licet non inducant incompatibilitatem, tamen in impetratione facienda est mentio utriusque, & ad hoc sufficit Clausula generalis, cum annexis, quae operatur sufficientem expressionem: late Garcia d. c. 2. n. 41. cum seqq.

De Unitis vero ad vitam, effectus Vigefimus quintus est, ut unio beneficio reservato ratione mensis alteri beneficio ad vitam, non ex eo tollitur reservatio, sed suspenditur; ideo ipso vacante per illum ad cuius favorem facta fuit unio, reservatum est, quia vacat ut prius, & effectus reservationis non tollitur, nisi per Papam, quia talis unio ad vitam non extinguit reservationem, sed facit illam dormire: late Gonz. d. §. 7. ex n. 140. usque ad 145.

In Unione vero quae fit quoad spiritualia, scire oportet, & effectus Vigefimus sextus est, quod mortuo uno de fratribus vel Clericis illius Ecclesiae, in utraque pro anima illius celebrantur Officia Mortuorum, & alia sunt Suffragia, de quibus in c. fin. de testam. Caccialupus dist. 98. nu. 1.

Sunt praeterea diversis aliis effectus Unionis communes omnibus, in quibus nulla est differentia: & profecto numero supra didictorum, Vigefimus septimus effectus est, quod Unio facta propter augmentum cultus divini, non est nulla ex eo, quod facta fuerit de beneficio reservato, cum ex generali reservatione nunquam censetur Summus Pontifex velle impedire dispositiones, quae sunt propter utilitatem vel necessitatem Ecclesiae, Bellam. in Clem. 2. nu. 35. cum seqq. de reb. Eccl. non alien. Grat. discept. 278. numer. 6.

Vigefimus octavus effectus est, quod beneficium resignatum ex causa Unionis, non indiget publicatione: Caputaq. dec. 345. p. 3. Seraph. dec. 1309. n. 5.

Vigefimus nonus effectus est, quod in beneficio unito non habet locum Regula de Triennali, quia extincto titulo non potest vacare: Garcia late d. cap. 2. n. 27. Tondutus de Sauleger. in quest. & resol. benef. c. 8. §. n. 62. Gonzalez d. Regul. 7. nu. 8. & 9. ubi n. 10. & 12. docet praedictam Regulam intelligendam esse, quando opponitur de Triennali, ex parte ejus qui fundatur in Unione, fecus autem si opponatur ex parte possidentis, cum ipse possit pretendere nullam fuisse Unionem. Praedicta autem Conclusio limitatur ut non procedat in Regula de Annali, quia hac non requirit titulum, & ita obtinens beneficium unitum, potest excipere de unione; ut resoluit Rota, quam sequitur Garcia d. c. 2. ex num. 30.

Trigefimus effectus est, quod Annata quae ex concessione Apostolica solvitur Ecclesiae Cathedrali, de beneficiis vacantibus; quae reperitur in Ecclesia Metropolitana Burgenf. de solvendo annum cum dimidio, non debet solvi de beneficiis unitis: quia nunquam vacant, abique eo quod obstat Jus Capituli in unione reservatum fuisse: quia hac Regula procedit in his, in quibus datur compatibilitas, veluti in Pensione quae non vacat; fecus est in incompatilibus: Quare non data vacatione, impossibile est quod debeat Annata: de quo est optima decisio Seraph. 1410. ex num. 18. cum seqq. & late profertur eadem Rota in Burgen. Quindennium, 10. Maji 1605. quae est dec. 1020. Penna per tot. ubi late hanc materiam pertractat, secundum Lugdun. Impres.

Trigefimus primus effectus est, quod unia Parochialis ad Ecclesiam Cathedralem, non potest unio operari praecedentiam, nisi Rectores effecti sint de gremio Ecclesiae; ut voluit Rota dec. 326. n. 5. p. 2. in noviss. divers. fecus autem est, si beneficia curata simplicibus annectantur; quo casu in simplicium transeunt naturam: ut ex Sacra Congreg. docet Gonz. d. §. 7. n. 7. & 8.

Trigefimus secundus effectus est, quod Causa Unionis, non dicitur Causa benefitialis: ut pluries declaravit Rota.

Frances de Eccles. Cathedr.